Seraphim est angeloz multitudo que ardetes vel inardentes interpretant eo q̄ inter eos ⁊ deum nulli angeli sūt intermediꝝ. ⁊ ideo quanto ci vicinius collocantur tanto magis claritate diuini luminis inflammantur. ⁊ ideo faciem domini ⁊ pedes velare dicuntur. qz ceteri angeli diuinā maiestatem nequaquā istis p̄fectius intuentur ⁊ se tanto maiori claritate illustrantur/ quāto ardentiori motu dilectionis intime inflammanantur. vnde istoz angeloz officium p̄cipūz est ⁊ ardere in se ⁊ alios ad diuine dilectionis incendium p̄mouere. Proprietates aut̄ huius ordinis p̄incipales et sp̄ciales elicere possumus ex verbis dyoni. sic dicentis. Pulchre inquit prima celestiu hierarchian excellētissimā ceteris sanctificatur. ordinēz habens altiore omibus circa deū immediate collocatum. ⁊ ideo p̄ me operationes theophonic in ipsam tanquāz deo p̄ximā deferunt (⁊ sequitur.) Est aut̄ seraphim mobile semper circa diuina ⁊ incessabile calidum/ acutum ⁊ superuadum/ inerte ⁊ inflexibilis semp̄ motionis suppositoꝝ reductiuū actiue exemplificatiū recalificans ea ⁊ recusans in similem caliditatez ⁊ igneum celis ⁊ holocauste purgatiū/ inardēclatum ⁊ inextinguibile. habens luciformē ⁊ illuminatiūā proprietatem/ omnis tenebrose obsurationis persecutricem ⁊ manifestatricem ⁊c. Hec verba diuina sunt ⁊ oꝝium mortalium sensuz quo ad significationis misteriu excedentia/ p̄nt tamē potero quous balbutiendo aliqua explanabo. videt̄ autē dicere dyoni. q̄ cognominatio seraphim proprietatis ⁊ officij discretionem ⁊ variam gratie p̄cipationez manifestant in angelis seraphim nūcupantis. nam a populo seraphim docet mobile. hoc forsā dicit p̄pter naturam ignei amoris/ que angelicis effectus in deum rapit ⁊ mouetur. hic vero motus ē que tus creatiuus/ augmētatiuus ⁊ cōtemplatiuus docet ⁊ incessabile. qz talis amor nunquā excedit nūquam ab appetitu amari requiescat. docet ⁊ caldū/ qz ad modum caloris accessum vel ali-

mentum accessum dulcedinis/ exarat vis amoris. ⁊ ideo subdit acutum/ quia vis amoris penetrat ad intima conditoris. vnde acutum dicitur quādam amāris violētiam quā intrat ⁊ penetrat ad rem amaram. Dicitur etiā docere ⁊ superuadūz/ qz quous ad interiora diuinitatis amor se extendat affectu/ tamē cōtinere nō cessat vt quam intellectū nō capit cōtemplationis/ tamen gustū aliquāliter comprehendat. sicut illud qd̄ ebullit caloris vehementia vndiq; se iacet ⁊ diffundit. sic affectus angelicus nihil inconsideratum derelinquit inmo quāto p̄ cognoscit/ tanto amplius scire cupit. addit etiā inflexibilis motionis. qz amor angelicus quous in deum moueatur inflexibilis tamē est ne amatum aliquāliter amittatur. vnde simul mobilis est ⁊ incessabilis ⁊ hoc intente ⁊ intime. qz ad dei interiora tendit. vnde mobilis est seāper ⁊ nūquam in se sistat et intentus vt in deū tendat. sed intinus/ vt ad exteriora nō effluat omnino autē inflexibilis/ vt ad aliud p̄ter ipsum nō diuertat. Dicitur etiā suppositoꝝ reductiuū. qz amor angelicus semper ad superiora se extendit ⁊ tamē ab amore inferiorū nō recedit inmo ad diuine illuminationis p̄cipationem reuocat inferiores ordines ⁊ reduct. Dicitur etiā docere actiuū ⁊ exemplificatiuum. qz nō solum incendit inferiores ad amandum/ verum etiā fontem ⁊ exemplum prebet inferioribus qualiter summū bonū sit sup omnia diligendum. ⁊ qualiter sit p̄ amores reductiuū in deum ⁊ secundum ipsius beneplacitū incedendum. ideo etiā dicitur q̄ amor eozū sit calificans ⁊ recusans in similem caliditatem. qz ad hoc laborant vt inferiores. ⁊ si non equaliter/ tamē differenter ardeant ⁊ seruescant nec hoc dicit quasi inferiores angeli fuerint frigidi vel mortui. sed hoc dicitur/ quia subiecta ordines per ipsos ad amplioꝝ amoris affectum continue exercitantur. propter quod sequitur. Ignem celis ⁊ holocauste purgatiūz quia ignis diuinus p̄imos angelos accendit vt alios incendat. illuminat/ vt illuminent. purgat/ vt purgent. Ignis enim diuinus suauiter ardet nec comburit vt consumpti ad lesionem/ sed potius ad purgationem. ⁊ ideo dicit̄ holocauste purgatiūz. qz sicut ex toto illuminat/ ita ex toto purgat nec ab infectione alicui⁹ vitij/ sed ab imperfectione boni. qz illa est purgatio perfecta vbi omnis corruptio abest et omnis perfectio adest. Dicitur etiā seraphim virtus multima ⁊ multiformis/ multima/ in quantum multiformiter mouet appetēdo ⁊ opando. multiformis/ in quantum beatificat in possidēdo. vltima

In quantum pergit scrutando multiformis / in qua
 tum quod inuenit penetrando. p. multas eius
 vias et affectus varias pergit et puenit ad vnu
 bonum et vna vita simul cuncta apprehendit.
 Doceretiaz noatio seraphin. in circūclatum /
 qz sine omni velamine figure vel creature inter
 posito diligit videre deū. et a plenitudine fon
 tis lucis eterne sine medio aliquo illuminat vt
 illuminet. ascendit / vt accēdat. vnde in hoc sūt
 angeli illius ordinis alijs digniores. qz sue p
 fectionis influentiā immediate sine interpōsi
 tione adeo recipiunt / sine diminutiōe eandem
 alijs priāpandā tribuūt / sine amissione illam
 possidet et custodiūt. nunq̄. n. tepescunt a dile
 ctione / nec labore nec tedio desistunt ab infe
 riorū ad deū gratuita reductione. hec de pprie
 tatibus seraphin dicta sufficiant.

Secundus ordo dicit cherubin qd i
 terpretat scientie plenitudo. Sūt
 enim fm Isido. li. vij. sublimiora
 agmina angelorū p̄ter seraphin / eo qz vicini
 diuine sapientie suppositi ampliori scientie di
 uine dono sūt repleti. et ideo merito ordo cheru
 bin post seraphin ordinat. qz post donuz cari
 tatis a quo denotatur seraphin ordinat excel
 lētissimū donū quod est donū sapientie et cogni
 tionis diuine volūtatis vt veritatis a quo che
 rubin denotatur. nam in angelis hmoi ordi
 nis principaliter relucet radiuz diuini luminis q̄tuz
 ad priāpanonem precellentē diuine cognitio
 nis. vnde pprietates et effectus angelorū istū
 ordinis inuuit beatus d̄yoni. c. vij. vbi dicit qz
 cognoatio cherubin docet eoz cognoscibile et
 diuidi. et est sensus verborū / qz angeli illius or
 dinis dicunt cognoscentes / qz in dono diuine
 sapientie sunt magis excellētes. diuidi etiā ab
 ipso nūcipant / in quo dei visio que in eis vi
 get intelligit. qz dei maiestate ceteris dan? p̄te
 plant. Dicunt et altissime dationis luminū acce
 ptū. in quo inuūt qz cherubin ordo diuine illu
 minatiōis excellētia p̄ ceteris adimplet. Sūt
 etiā illi angeli diuini pulchritudinis in prima
 opatice virtute cōtemplatiui. qz p lumen diui
 ne sapientie diuinā pulchritudinē p̄templant
 per hoc etiā inuuit qz in eis et p eos opatice vir
 tus. s. deus clarissime intuet. Dicuntur etiā
 sapientificā traditione repleti quia per sapi
 entificam creatoris traditiōē alijs plus alijs
 minus donū sapientie diuine imp̄t. Dicuntur
 etiā et cōciliati / qz lumē sapientie quod in eis
 copiose diffundit p ipsos ad altos ordines il
 luminādos copiose denuat. nā plenitudinem
 lucis quā suscipiūt alijs cōciant et trāsfundūt.

Dicunt etiā p̄templatiōis pure et simplici ac
 immediati fulgoris susceptiui. fulgorem vocat
 illuminationem per quā puenitur ad meram et
 purā cōtemplatiōē vbi virtus diuina nō in ima
 gine et figura vt aliqua mediante creatura / sed
 per semetipsam et in semetipsa cōtemplat. Di
 cunt et diuino alimento domestico atqz viuifi
 ca vuitate diuine refectiōis repleti. qz in hoc
 qz replent lumine cognitiois reficiuntur dulce
 dine dilectionis. nō enim multū p̄deser illu
 minari p cognitioem / nisi p̄comitaretur aliū
 tum spūs. s. refectio. scilicet p dilectiōē. Ita
 autem refectio dicit domestica viuifica / et vni
 ca. domestica qz amicitia et domesticis soluz mo
 do preparatur. viuifica qz viuum efficit quem
 libet qui ex tali cibo satiatur. vnica est et singu
 laris / qz cum delectatiōe extranea. s. cum cama
 li dulcedine nō gustatur. quāuis autem vnica
 sit refectio. multiplex tamen satietas inuenitur
 in hoc vnico alimento. vnde cum hoc solum p
 cipitur / plena et vera satietas inuenitur.

tertius ordo est thronorū. et est hic
 ordo a thronis dicitur. a dono in
 dicitur eo qz deus in eis sedeat / et iu
 dia sua discernat / et cūta subiecta per illos di
 sponat. vt dicit Isido. vñs virtus diuine equi
 tatis / throno igneo in dan. comparatur. s. pro
 pter per sp̄cūritatem cognitiois quia de? sin
 gula diiudicans per ipsos vniuersa p̄sidenter
 discant et p̄pter impetuositatez cui nihil obui
 at vel resistit. Illi autem angeli in quibus sin
 gulariter relucet rectitudo iudiciū diuini throni
 nūcipantur. Isid. Et ideo a beato d̄yoni sio
 sedes altissime dicunt qz alte p̄pter diuinā au
 ctoritatem quasi ad iudicandum ordinant al
 tiores. quia secūdum diuine iusticie regulam i
 iudicio mittuntur ad iudicandum. sed altissime
 quia immediatius altissimo deo dispositiōe
 hierarchia collocantur. Sedes compacte / qz
 apte et conuenienter iuncte quo ad iuncturam
 et conuenientiam diuinorum iudiciorum. con
 ueniens enim est et aptū vt ex culpa pena / et ex
 iusticia gloriā ex qualitate operis qualitatez
 retributiōis quilibet sortiatur. vnde conuenit
 et apte coheret pena culpe et gloria iusticie. qz a
 si culpa et gloria pena et iusticia conuenienter
 coaptatam sedem ad inimicem non haberent
 compactio itaqz sedum equitas est iudiciorū
 Sedes ab omni ignominiosa subiectione libe
 re. quia quanto sibi. p̄sidenti deo amplius
 sunt subiecti / tanto per ipsum et in ipso merent
 tur amplius sublimari. Sedes dei fere qz deū
 sibi p̄sidentē ferūt et deficiat p̄tatem p diuina
 iudicia in subiectis creaturis indicat et ostendunt

Ordo
 cherubin

3. ordo
 thronorū

De angelis

Sedes diuini super aduētus susceptine/ima-
terialiter/7 si p mundane. qz noticiam diuini/
tatis sine studio 7 fatigatione papiunt 7 ipaf
sibiliter 7 sine diminutiōe ad inferiora transfū-
dunt in quo nos spiritualiter instruunt vt a re
materiali 7 terrena nos euacuat/ nos ad eter-
norum susceptionē coaptemus. Sedes etiam
ab omi extremitate suut remote/ qz ei qui sine
extremis est idest sine principio 7 sine immedi-
atissime sunt cōiuncte. nam in deo cui adherēt
nō est inuenire pncipium vel extremū. Thro-
ni itaqz diuinā virtutem assumūt 7 eandem ad
inferiora deriuant 7 transfundunt obedienter se-
deo subiiciunt 7 nō ex aliqua necessitate/ sed ex
mera libertate in agendis omnibus subiici se
ostendunt.

Edia hierarchia/ scdm Jsi. tres cō-
tinet ordines. s. pncipatus pote-
states/ 7 dominationes. becautez
hierarchia a dyoniso vocat epophoniam. idest
diuina. s. illuminatio sui participes intercala-
ni/ reuerentie insigniis/ vsu dominandi edo-
cens/ arensqz contrarium. Prima differen-
tia dicit ppter pncipatus qui p ceteris pos-
sident donū reuerentie. quorum officiu est do-
cere 7 exhibere reuerentiā reuerēdis fm diuersos
gradus plationis. iuxta illud. Cui honor
rem. Idem. nūj. vsus vero dominandi spectat
ad dominationes/ que docent subditis domi-
uari nō secundū libidinofam pcessendi cupi-
ditatem/ sed secundū dei voluntates. nam de-
vult homies pcesse hominibus vt proficiant
nō vt superbiant/ vt eos in fide 7 in moribus
instruant nō vt de liberalitatis dominio insole-
scant. aratio vero potestatis referit ad ordinem
potestatum que potestatiue a nobis coherent
demonies ne nobis tantū nocēat quātum desi-
derant 7 affectant. 7 taliter ponitur dispositio
medie hierarchie quāuis alio modo videatur
ordinari fm Jfido. 7 grego. Sed de hoc ad p-
sens opusculum nihil spectat.

Quartus ordo est dominationum
que secundū Jfido. potestatibus
7 virtutibus presunt 7 preeminēt
que pzo eo q ceteris angelozū agnibus pre-
sunt siue dominantur/ dominationes nuncu-
pantur. Huus ordinis est officium secun-
dum grego. in bello spirituali instruere quali-
ter oporteat homines prelacionis officium ex-
ercere. suggerūt etiāz platis qualiter sine tyrāni-
de 7 subiectozū oppressione in regimine debe-
ant se habere. Dozū angelozum ministeriū (se-
cūduz dyo. est) Seruili timore deposito in de-
um moueri/ 7 absqz reflexione ad cōmodū tem-

porale ei incessanter famulari. que singulari ex-
cellentiā inuisibilem annūciationem in subie-
tis ordinibus imperio solo formāt. Sunt an-
geli istius ordinis ab omni impressione liberi
vt libere ad summū eleuent/ 7 nulli infra sum-
mum subijciantur. vnde ita deo subsūt q nulli i-
feriori subijciantur p vniuersalem excellentiā. su-
pra omem subiectionē eleuantur/ ita tamē q
per nullam violētiā aut tyrannidē ad oppōsi-
tionem inferiorum indinant (vnd dicit dyo.)
q secundū dissimilitudinē tyrannidis domi-
nium exercēt. seueritatem habēt in potestate/ 7
cum seueritate liberalitatem in benignitate. et
duz a dominationibus pās exercetur liberali-
tas circa inferiores nō tollitur. p istaz tamen li-
beralitatem eozū potestas nullo modo mino-
ratur/ immo deo se cōfortantes regulaz 7 legē
sue presidentie quātū possibile est imitantur
nunq ad aliqua variā se conuertūt/ sed conti-
nue ad bonuz summū (qd dyonisius non idest
vniuersale vocat) oculos dirigūt 7 ab illo qui
omnibus dominat mentis aciem nō auertunt
vnde deiformitatis 7 diuine similitudinis p-
ut possunt sunt pncipes (fm dyoni.) Itaqz
dñationes prime sunt in secūda hierarchia.

Quintus ordo dicit pncipatus. 7
hic ordo secunduz sanctos docet ho-
mines inferioris gradus exhibere
reuerentiam maioribus existētibz in statu al-
tioris dignitatis. vt puta regibus pncipibz
7 prelatibz. De angelis istius ordinis dicit dyo-
ni. Ad pncipatus pnet vniuersalis ducat
7 regimē ductiū ad dei similitudinē. qz isti an-
geli habent ex officio vt alios inferiores ordi-
naliter reducant ad deū 7 doceant ipsum reue-
ri in se ipso 7 pmo specialiter in prelato qui
fm dyoni.) Ideo dicunt pncipatus/ qz hēt
alios reuerere vel reducere ad primū 7 pnci-
pale pncipium. s. deum quem ipsi put possi-
bile est imitantur 7 quātū fas est ipsi in presi-
dendi officio pncipi assimilantur (dicit enim
Jfido. lib. vij.) Pncipatus sunt qui angelo-
rum agnibus presunt. qui pzo eo q subdi-
tos angelos ad explendum diuinum minister-
rium ordinant 7 disponūt/ pncipatus voca-
bulum acceperunt. Nam alij sunt qui admini-
strant/ alij qui assistunt/ milia enī milium mi-
nistrabāt ei 7 decies centena milia assistebant
Danielis septimo.

Sextus ordo est potestatum. 7 dicitur
potestates scdm Jfido. qz eis
virtutes aduerse sunt subiecte. 7 id
potestatum nomine nuncupantur quia mali-
gni spiritus eozū potestate coherent ne tantū

2. Hier. 7
3. Hier. 7
4. Hier. 7
5. Hier. 7
6. Hier. 7
7. Hier. 7
8. Hier. 7
9. Hier. 7
10. Hier. 7

2. ordo
pncipatus

1. ordo
dominationū

3. ordo
potestatum

7.ordo
Virtutum

mundo noceant/ quātum cupiunt et affectant.
 Doum angelorū officium est (fm grego.) Et
 los qui in spūali bello desudant p̄fortare/ et ne
 ab aduersarijs violenter superētur defendere:
 et vt boni victoriam obrineant viriliter adiua
 re/ Huc p̄cordat dyoni. dicens potestātū mi
 nisterium esse cauere ne aliquid aduersum pos
 sit bonis obistere vel nocere (Dicit etiā grego.
 Potestates in suo ordine potentius perceper
 runt vt eorum dispositioni aduersae potestates
 subjiciant que ne hominibus tantum noceant
 quantum desiderant/potestatur ministerio re
 frenant. De his potestatibus dicit dyoni. Ip
 se sancte potestates habēt equipotentem/ idest
 equalem cū dominationibus potestates/ que
 eadem diuina munera in suo ordine et gradu
 humiliter suscipiunt et custodiunt sine cōfusio
 ne. nihil enī tyrannice precipitant p̄tra inferio
 res. nihil enī violētia et fortitudine attempāt. sed
 potius deiformiter/ idest ad diuinam similitu
 dinem angelos inferiores ordinare reuocāt/ et
 ad potētificam et causālē potentiam/ idest ad
 deum qui omnia pōt et omnū est causa supmū
 dane et intellectualiter reducere nō cessant vt p̄
 has deiformes p̄prietates medie celestīū aīa
 rum dispositiones illū inent/purgent p̄ficiant
 Sicut ipse potestates mediantib⁹ superioribus
 ad dei similitudinē p̄uertūtur/ ita mediantib⁹
 ipsis potestatibus qui inferiores sūt ad deifor
 mitatem reducūt. vt sic oēs superiores /medij
 et inferiores ordines in hīcā purgationū/ illu
 minationū p̄fectionū p̄cipales efficiant.

Etia hierarchia q̄ dicit epopho
 nia tres p̄tinet ordines inferiores.
 s. virtutes/archāgelos et angelos
 et fm hoc inferior hierarchia sic de
 scribit. Inferior hierarchia est diuinuz p̄cipiū
 nature legibus occurrens/ secreta reuelans/ pro
 capacitate discreta. Nature legibus occurrens/
 hoc p̄tinet ad virtutes que potestatem habent
 faciēdi mirabilia et curandi morbos et languor
 res. Secreta reuelans/ hoc p̄tinet ad archage
 los et angelos. p̄ capacitate discreta/ hoc refer
 tur ad archangelorū differentia et angelorū. qz
 maiores vt archangeli maiora/minores vt an
 geli minora reuelant. p̄ archāgelos enī reuela
 bant p̄phetis maiora secreta. vt illud. Ecce vir
 go p̄cipiet et pariet filium etc. p̄ angelos autē
 minora. vt illud dauid. Episcopātū eius acci
 pic aliter. et dicit epophoniam ab epi quod est sub et
 phanos qz est apparitio. qz in eis inferiori mo
 do q̄ in alijs resultat dei similitudo in ordini
 bus huiuscemodi hierarchie.

Optimus est ordo virtutū. virtu
 tes enī sūt angelorū agmina mini
 steria habētia ad virtutes et miracula faciēda
 in quib⁹ potissime reluget virtus diuina p̄ qz
 virtutes noianur (vt dicit Isi.) Istius ordis
 angeli ab ordinibus medie hierarchie recipiūt
 illuminationem/purgationē et p̄fectionem (vñ
 fm dyoni.) Virtutis habēt virilitatez ad opa
 tiones forte incommutabilem fm deformā eis
 indicantem. in hoc enī deo sunt similes et p̄for
 mes. qz ad omnia agenda incommutabiles virtu
 tis vigorem acceperūt. et ideo istorum spiritūū
 operatiuam virtutē p̄strugit dyoni. sic dicens
 Ipsa sanctorum virtutum/ cognominatio for
 tem quēdā et incommutabilem docet vigorem
 fm inditam eis deformitatem ad nullā succe
 ptionē diuinā illuminationē imbecilliter in
 firmatam etc. (quasi diceret) in hoc qz isti angeli
 virtutes sunt vocati deformes/ et deo similes
 dinofant. Naz diuina virtus fortis est ad agē
 dum vt nō frangant alicuius operis difficulta
 te et incommutabilis est ad perseveranduz vt nō
 langueat seu infirmetur alicuius spacij vel tem
 poris diuturnitate. Sic angeli isti conformes
 sunt qz ad omnia agēda robusti et incommutabi
 les inueniuntur. vnde virtuosi sunt nō solum in
 opando/ verum etiā in illuminationes suscipi
 endo. nam boni angelorum virtus et si infirma
 videatur diuine virtuti compata/ nō tamen in
 firma est ad eandem p̄ gratiam conformata. i
 firma est nature condicione sed nō infirma est ali
 qua corruptione quā p̄cipiat totum quicquid
 creature est debitum/ fortitudinem. s. sufficien
 tem et sue nature cōgredientem. (et ideo dicit dyo.
 qz habent deiformem motū firmiter se ferentes
 et insuper essentialē et pontificam dei virtutem
 qz propria virtute in deum mouentur. et vnde
 eorū virtuositas insuper essentialē virtutem
 creatoris sub tollitur/ inde deiformis imaginis
 similitudo in eis reperitur. Deiformitatem autē
 quam recipiunt ad inferiores angelos transfū
 dunt. accipiunt quidem per donum/ sed alijs
 tribuūt per exemplum. Horum angelorum est
 officium (fm dyoni. docet prelatōis officū ex
 equi feliciter et constanter/ et vt ipsius onus su
 stineant patienter. Secūduz grego. vero in q̄r
 to mora. Istorum officium in his qui virtutes
 habent est docere qualiter imaginem dei in se
 reparent et reformant/ ac reformatam viriliter
 custodiant et p̄seruent. vnde p̄ istorum angelo
 rū ministeriū virt⁹ miracula faciēdi p̄fectis cō
 cedit/ vt reducti ad primum statum in quo de
 us fecit hominem ad suā imaginē per hui⁹ mi
 racula ostendat. Angeli istius ordinis diuinā

hier. 3. dicitur
 lines f.
 ceues. Arch.
 or. et Angelos

De angelis

virtute continue aspiciunt/in ipsa contemplatione ipsius committunt. sed iste timor penalis non est/cum potius sit admirationis quam horrois pur grego. dicit in moral. lib. iij.

o
ordo
archangelorum

Et unus ordo est archangelorum qui secundum Isidoro. Summi nuncij vel nunciorum principes interpretantur nam per matru tenentur inter angelos. Sunt enim duces et principes sub quorum ordine uniuscuiusque angelorum officia deputata sunt. Nam archangeli angelis prestant. ut patet in zacharia ubi angelus maior dixit minori. vade et doce puerum istum etc. Si enim in ipsis angelorum officiis superiores inferiores non disponerent/nullo modo hoc quod homini differret/angelus ab angelo cognouisset. Hi archangeli sepe propriis nominibus designantur/ut per ipsa vocabula ipsorum conditiones et opera ostendantur. Nam gabriel ad virginem mittitur ut illum denunciet venturum/qui contra aereas potestates obtinere debuit ad victoriam et triumphum. Gabriel enim deiformis interpretatur sicut raphel/qui interpretatur medicina dei ad ebrietatem missus fuit qui eius oculis curationem adhibuit et cetera res abstulit et dederit. et sic de alijs hucusque Isi. li. vij. c. v. Unum angelorum officium est (secundum grego.) De his que ad promotionem fidei. ut de adventu filij dei et eius gestis et dictis fideles promovere. Archangelorum etiam est secundum dyoni.) Prophetias prophetis revelare et demones hominibus diabolos arcere ne ulterius plus ledant. sicut praeterea est eosdem exercere ne diabolus sibi usurpent aut accipiant. Archangeli etiam angeli suppositi eis sunt digniores et annunciatione sunt priores ceteris. quia sunt perfectiores. Nam (secundum dyoni.) Inferiores convertunt ad principale principium suum. et quantum eis possibile est angeli inferiores ipsis mediantibus ad ipsum informant. Insuper vivificant id est angelos ad unitatem illius principij colligant et adiuvant docendo angelos sibi subditos secundum ducant inuisibiles et ordinatos quibus habent ducere et docere sequentes alios et subiectos.

Isti etiam archangeli inter ordines inferioris hierarchie sunt intermedij. et ideo a superioribus illuminationes participant/ et easdem angelis inferioribus participantas comunicant et annunciant/in quibus angelis omnium angelorum dispositio hierarchica ex triplici tenario celestium ordinum constituta/perfectissime est completa.

o
ordo
angelorum

Unus ordo et ultimus est angelorum. angelus enim grece/maleth dicitur. latine vero nuncius interpretatur. eo quod voluntatem domini po-

pulis annunciare angeli consueverunt. Angelus autem vocabulum nomen est officij non nature. Nam angelus semper est spiritus/ sed quando mittitur/ tunc primo angelus/ nunciapatur. angelus vero predictorum solertia penas fugit/ ut eorum disansum celerem significet. sicut et iuxta poetarum fabulas veterum penas habere dicunt. sicut dicitur. qui ambulat super penas ventorum hucusque Isidoro. lib. vij. c. v. Secundum dyoni. autem angelus inferioris ordinis non precipiant ordines superiorum illuminationem. non enim participant cum ipsis/ sed eripis. nam angeli superiores primo loco divinas illuminationes suscipiunt/ et illas postmodum ad aliorum notitiam deferunt/ qui et primi nuncij dicuntur. Alij autem posteriores sunt et ultimi angeli/ etiam secundum eundem dyoni. qui homines ad divinam cognitionem adducunt et sublevant/ et ut iuste vivant informant unde quantumvis angeli et si non habent alios angelos sub se inferiores quibus prestant/ habent tamen sub se hominum ordines/ quibus presunt quos ordinant et disponunt. sursum extendunt per dilectionem dei. in semetipsis formantur per custodiam sui. sub se progrediuntur per illorum tutelam/ quorum ministerio deputantur. Istorum itaque angelorum multiplex est effectus. nam angelus nostre custodie singulariter deputatus nos stimulat ad bonum et excitat ne in vitijs dormiamus (actu. xij.) Item spiritualiter nos reficit ne sub onere patrie succumbamus. iij. regum. xix. Item arceat demones ne ab ipsis ledamur. Thobie. vij. Item instruit in ambiguis ut certificemur. dan. ix. et. x. Item conducit/ ne in via demeremus. Thobie. v. et Exo. xxxij. Item nobis in misericordiam positus/ assistit ut consulemur. Luca. xiiij. et gen. xvi. ubi dicitur de angelo confortante flantem agar. Item angeli nobis peccantibus participant/ ne desperemus. Isa. xliij. et iudi. Item velociter nobis assistunt/ ne cadamus. Isaie. xliij. Item adiuvant contra hostes ne vincamur. Gen. xxi. et. ij. Iudat. penult. Item vulnera nostra sanant/ ne moriamur. Thobie. xi. Item peccata nostra ad memoriam reducant ut erubescamus. Iosue. ij. Item voluntatem dei annunciant/ ut ei acquiescamus Luca. ij. Item impedimenta auferunt/ ut domino liberius serviamus. Exo. xxxij. sed procedat etc. Item frequenter nos visitant/ nobis precantur/ ne offendamur. Isa. lx. sed penam etc. Item semper deo assistunt angeli ut contempnamur. Luca. primo. et dan. septimo. Decies centena milia et cetera. Item orando pro nobis merentur. Job. xxxij. si fuerit et cetera.

Item a diuina laude nō retardant. Iſa. vi. et Apod. v. nō habebant requiē ꝛc. Item deū sine velamine facie ad faciem ꝑtemplantur. Hbat. xvij. angeli eoz ꝛc. Item nullius corpulentie mole in sua substantia vel virtute aggrauant. Luce vlti. spūs car. ꝛc. Item supra tēpus existentes in tēpe opantur. Angelicus enī intellectus cum sit deiformis (vr dicit dyoni.) Est instantaneus ꝛc. ideo sine collocacone vnus ad aliud subito intelligit. ꝛc. in virtualitate sue substantie in instanti oīa agenda agit. vnde de angelo (qui vocata ꝑho intelligentia) dicit qd sit creatus in orizonte tēpis ꝛc. eternitatis. vr patet in. i. lib. de causis. Item hoies ex subito angeli presentia terros/bonus angelus blandiens blando aspectu consolatur dicit ambro. Luce i. Ibi/ Netineas zacharia ꝛc. Sz demon ecōuerso. quos sua ꝑsentia terros facit ampho/nihorore concutit/ vr idem dicit. Item agelus qm̄ vult apparere ꝛc. quando vult ab humanis aspectibus occultat. vr dicit ibidem. Item corpus ꝑ suo beneplacito opationi sue congruū vr appareat) assumit. ꝛc. peracto suo officio idē corpus assumptū deponit. Ind. iij. euanuit ꝛc. Item assumpto corpe ꝑ aliqua necessitate nō vegetat illud corpus nec viuificat/ sed tantum mouet. vnde quōq; videtur comedere ꝛc. bibere vr homo/ ꝛc. tamē nō comedit/ nec bibit/ sꝫ ꝑtate sua cibum annihilat ꝛc. consumit. vr patet Tho. iij. vbi dicit angelus videbat quidem ꝛc. angelus enim nō comedit aliqua necessitate/ sed sola ꝑtate (qr vr dicit aug. super Luce vlti.) qd radius cōsumit aquas ꝑtate/ sed terra abso:bet necessitate. vnd fuit ibi comestio ꝑtatiua quo ad masticationem/ abī cōsumptionē nō tamē necessaria quo ad informacionem. Nec itaq; leuia ꝛc. plana ꝫ ꝑꝑrietatibus bonorum angelorum ad vtilitatem paruulorum dicta ad ꝑesens sufficiant.

Sicut bonus angelus hominibus datur ad subsidium ꝛc. conseruationem/ sic malus angelus datus est vnicuiq; ad exercitiū ꝛc. ꝑbationes. vnde horū malignozū spiritū caput ꝛc. dur est lucifer. qui (sm̄ greg.) Sic ē dicit ꝫ eo qd alijs angelis dario: est creatus (vnde grego.) Primus angelus datus oī lapide ꝑcioso ornatus exstitit. qd dum auctis angelozū agminibus ꝑfuit/ ex eoz ꝫmpatione dario: fuit. sed contra cōditiorem suū superbiēs lucem ꝛc. claritatem perdidit/ ꝛc. formam deformem ꝛc. obscuram apostasiae sue mento acquiſiuit. (de hoc dicit damas. lib. i. c. xvij.) Ex his angelicis virtutibus qui

alijs preerat/ ꝛc. cui terre custodia a deo cōmissa erat/ nō natura malus factus/ sed bonus existēs nequaquam ab ipso ꝫditore semitam malicie in se habens nō ferens illuminationes ꝛc. bonorem quam ipse ꝫditore largitus fuerat/ electione liberi arbitrii sui versus est ex eo quod ē sm̄ naturam/ in id qd est ꝫter naturā. vnde deo rebelare volens/ ꝛc. primo a bono deficiens/ in malū venit. lumē igitur creat a cōditore/ ꝫꝫa voluntate tenebra factus est. Simul autē cū eo enulsa est ꝛc. cōsecuta angelozū que sub ipso ordinari erant infinita multitudo/ ꝛc. voluntarie facti sūt mali/ ex bono ad malum dedinantes. Item dicit ibidem qd nō habens ꝫtestatem neq; virtutem contra aliquem nisi a deo ꝫmissime ꝛc. diuinitate concedat. sed diuina ꝫmissione trāfigurant in quāamq; voluerint imaginē siue figuram omis igitur malicia ꝛc. immūde passionēs ex ipsis cogitare sunt. quas quidē inmittere/ id est suggere possunt. sed vilitatē inferre nō ꝫualeant. Item qd hoibus est mors/ hoc angelis est lapsus. post casum enim nō est eis ꝫnitentia quēadmodum post mortem hoibus nō est vita (bucisq; damas.) Item dicit grego. A gratia desertus/ obstinat in malicia ꝫmansit/ ita qd nihil boni bona voluntate velit liberum siquidem arbitrium habet/ sed depressus ꝛc. ad malum incessanter inclinatus. ita qd semp bonū refugit/ malum vero eligere nō desistit. ꝛc. ideo accidit (vr dicit cassiodo.) Lupiebat cui rapere diuinitatem/ ꝛc. amisit felicitatē. Item qd altitudinē sibi inconueniētem indebite appetit/ ideo iusto ordine ad ima ruit. vr qui iuste se nō tenuit in summo/ sm̄ iusticie ordinē se tenearit in imo. ꝫꝫter qd ꝛc. diabolum primo deo: sum ruens/ a sanctis nūcupat multos alijs hoibus quibus sua malicia ꝫnoium similitudinem intinat. Dicitur enim demō immo sm̄ plato. in thimeo. catho demon/ id est mala sciens. Demon enim sciens interpretat. Sic autem dicit ꝫꝫter scientie qua viget naturaliter ꝫspicacitatez. viget. n. sensu nature experientia tēporis. viget intelligentia scripture. Sicut dicit beda/ ꝛc. etiā damas. c. xvij. De hoc dicit Iſid. li. vij. c. vlti. Demones vocant greci pitos ꝛc. scētes. ꝫsciant enim multa futura/ vnde solent dare responsa aliqua. in illis enim est cognitio reꝫꝫ plusquā in hoibus. partim subaltioris sensus acumine existētia longissime vite. partim ꝫꝫ dei iustum angelica reuelatione. hi corꝫꝫ aerorum natura vigent/ ante transgressionē celestia corꝫꝫ gerebāt. lapsi nō in aereaz q̄litate cōuersi sūt. Et ista aeris caliginosi spacia tenere ꝫmissi sūt/ q̄ eis carcer ē vsq; ad iudiciū. hi sunt

De angelis malis

puanicatoris angeli quoz. diabolus pnceps e.
Item dicit sathan. i. aduersarius. qz ex coru/
ptela malicie deo qui summe bonus est/ continue
aduersat (vt dicit iber.) Precipitata auda/
cia magis psumit q̄ possit (vt dicit glo. Isa.
xvi.) Adator est arrogantia zc. Sicut eni dicit
idē potius esse vult q̄ nō esse vt pugnet contra
deū q̄uis suū ex hoc sciat crescere nocumētum.
Item vocat veemoth Job. xl. Ecce veemoth
zc. Ueemoth vero bos vel animal interpretat̄
demon sicut bos fenum comedere appetit. qz
suggestionis sue dente/ contere spūalium vi
rorum vitam mūdā querit. carnalia enī desi
deria amat demon. Item dicit leniathan /idē/
est additanētum. Job. xl. (qz vt dicit Grego.)
Adalum malo addit zc. penā pene addere nō
desistit. Sicut enim sua zc. suoz crescit culpa/
sic zc. pena. Item dicit appollion grece /idē est et
ercitator latine. vt patet apod. xv. qz bona vir
tutum que deū in ecclesia siue anima plantat/
malicia ipm stimulante exterminare desiderat
sicut dicit in ps. Exterminauit eā aper zc. Itē
dicitur cōter diabolus. qui hebreice dicit deoz
sini fluens. qz quietus in celi culmine stare cō
tempfit /superbie sue pōdere deozum cadere
meruit. Grece vero dicitur arimmar. eo q̄ vt
ad crimina alliat vel inflammat. vel qz electo/
rum innocentiaz falsis criminib⁹ insidat zc. accu
sat. vt dicit apod. xij. Proiectus est accusator
fratru zc. Et sicut dicit Isido. ethimol. lib. viij
Item pter ista nomia multipliciter in scriptura
eius malicia denotat. Dicitur enim serpens / vel
druco ppter eius virulentā astutiam. apod. xij
Leo ppter eius apertam violentiam. i. Pe. vl
ti. Tanquā leo rugiens. vocat̄ ppter eius ob
stinatam dnriciā. Isa. xxv. Coluber tortuosus
ppter ipsius in isto aere caliginoso lacentiam
Et ideo ab aug. recitatur opinio platonis de
eachodemonibus super gene. ad litteraz li. iij.
et habetur. lib. v. siue distinctione. viij. ci. De
mones aerea dicunt animalia. qz corporū ae
reozum natura vigent necp mozem dissoluū/
tur. qz prenataler in eis elementū aptum potius
ad patiendū q̄ ad agendā. Item dicit aug⁹.
in lib. de ciui. dei li. viij. Demones sūt animalia
animo passiuā /mente rōnalia tempe /idē est du
ratione /eterna corpore aerea zc. Hec quidem
sunt ab augu. opinatiue zc. reatatiue dicta. vo
lente insinuare qualiter demon. a loco summe
illuminoso. scilicet celo empyreo sit expulsus
z in hoc aere caliginoso reclusus vt ibi patiat̄/
et inde assumat corpus quādo a deo permittit̄
vt bonorum vita per ipsius ministerium exer
ceatur. propter quod ab Isa. s. faber conflans

primas z formans vas in opus suum dicitur.
qz eius exercitio vita electozum qui vasa sūt grē
comprobatur. Isa. lv. Creauit fabrum zc. Dis
itaqz nominib⁹ z multis alijs modis demon
notatur quibuis eius virulenta rabies demon
stratur. Dicit enim beda in glo. sup illum loqz
i. Pe. vlti. arcuit querens quem desoret. Cir
cūiit (inquit) tanquā hostis obsidens muros
clausos explorans vt per inferiorē prem ad
interiora penetret. offert oculis fornā illicitas
vt visu destruat castitatem. aures per canora tē
ptat /vt molliat christianum vigorem linguaz
conuicio puocat /manum inimic⁹ lacessentib⁹
ad vindictam prouocat vel ad cedem instigat
honores terrenos pmittit z admirabilat celestes
et cū lateiter nō potest fallere /appertos addit
tenores /in pace subdolos in perfectione vio
lentis. contra quem animus debet esse tantuz
patus ad resistendum / quantum ille est para
tus ad impugnandum (huicqz glo.)

Alii igitur angeli consentientes vo
luntati luciferi cadentis irrecupera
biliter in hoc aere caliginoso velut
in carcere sunt redusi. ceciderūt au
tem de luce in tenebram / de scientia in ignorā
tiam / de dilectione in odiū z inuidiam / de sū
ma felicitate in summam miseriaz (vt dicit gre
go.) Item demones presunt demonibus sū
maiorē scientiā et scōm minorē alij subsūt
vt dicit ambro. super lucā. Quis enim obsti
nati sunt in malo / a viuā tamē sensu nō sunt
penitus spoliati. Nam (vt dicit Isido.) Tri
plici scamine vigent demones. Nam quidaz
sciunt subtilitatem nature. quidam experiēti
am temporū z diuturnitatem / quidam san
ctorum spintū releuationes. Item demones
vt dicit aug⁹. in enchei.) Inuacitate igenij co
gnosūt feminales reruz virtutes nobis ocul
tas / quas p p̄gnas z tempatas elementozū
pmixtiones spergūt / z sic diuersas rez spēs p
ducūt. Quod. n. possēt p se facere natura suc
cessiue / hoc pōt diabolus facere subito p acce
lerationē operū nature. vnde p artem demonū
magis pharaonis serpētes z ranas subito p
ducerunt (sicut super exo. glo. dicit.) Item de
monum intentio tota est ad maluz z ad fatiga
tionem bonoz. z ideo elemēta se purbāt tem
pestates in mari z in aere cōcitant. fructus ter
re corumpunt z deuastant (vt patet apod. vij
Et longe peiora facerent. si boni angeli eozum
maliciam nō cohiberent. z ideo quia cōtinne
peccāt quocūqz vadūt penā suam p̄tinue seāt
portāt (vt di. grego.) Itē grego. li. mora. xxxij.

Demonēs semp afflictionem iustorū appetūt: sed si adeo prātem nō accipiunt/ ad temptatōnis articulum nullatenus conualescunt. vnde quādo vnū malum intrulerūt. ad faciendū aliū subito se accingunt. vnde exētes ab obfesso/ porcos intrare petierūt. nam vt suam faciunt maliciāz/ etiā bruta ledere appetūt qñ cobibēte eos diuina potentia hoies ledere nō presumunt. Idem in lib. xxiij. fm diueas diuersorum cōplexiones/ varias ⁊ diuersis parantēptationum illaqueates deceptiones. nam leuos temptant de luxuria/ tristes ⁊ discordia/ timidos de desperatione/ superbos de presumptione. Idem li. xxiij. Primo antiquus hostis temptās cōsulendo blāda ⁊ illicita animo suggerit post ad delectationes parabit/ ad extremū per cōsensum possidens violenta cōsuetudine premit. vnde de ipso dicit Job. xli. Ifugiat caudam ⁊c. Item idē grego. li. xxiij. mora. Nequa/ q̄ hostis callidus quēpiā premit/ sed calliditate pestifere p̄nasionis ⁊ fraudulentis cōsilijs interficiat/ quī dum dulcia demonēs resonant/ ad noxia cor indinant. Item ibidē li. v. modo fiant est preditus hūanis sensib⁹ se obijciat/ modo quasi angelū lucis se ostendunt. Item lib. xxiij. in fine mundi tanto feruētior erit ad seuiam/ quāto se sentat viciniorē ad iudiciū ⁊ ad penam. Item ibidē tunc quicquid nequiter voluerit/ callidus exquiret. tūc superbire cernicem alitius eriget. ⁊ illum damnabit bonūnem quem gustabit. omē quod poterit nequit tunc ostendet. Item idem lib. xxiij. Appareute iudicio/ cuncto assistente celestis cune ministerio antiquus ille hostis diabol⁹/ belua crudelis ⁊ fortis in medio captiuus adducetur. ⁊ cum suo toto corpore eternis iehenne incēdijs mancipabitur/ vbi vtiq̄ inauditum erit spectaculum/ quando hec inmanissima belua electorum oculis ostendetur. Nec pauca de infinitis pprietatibus malignorum spirituum/ ⁊ corū effectibus dicta sufficiant causa breuitatis. Alias vero ipsius satbane opationes/ ⁊ ocultas machinationes si quas scire desiderat/ librum gregoriij super Job perlegat ⁊ parat/ maxime in duobus capitulis penultimis/ salicet. xl. et. xli.

Finis Liber secundus.

De anima et eius proprietatibus.
Liber tertius.

Diuinate

Iesu christo in prece
dentibus aliquas
pprietates de sub/
stantia penit⁹ incor/
porea de diuina sci/
licet natura ⁊ ange/
lica (quam ad hoc
spectat opusculum

breuiter introduxiuus) nūc cum eiusdē inter
ueniente auxilio/ ad creaturam corpoream stiluz
cōuertamus. ad dignissima creaturarum salu/
ter ab homine (qui naturam ⁊ pprietatē sapit
tam corporum q̄ spirituum) inchoantes.

Um igitur homo (fm Irido.) Sit
animal deiforme mansuetū natura
fm leges rōnis discipline suscep/
tibile/ diuinam habēs imaginē in po/
tencia cognoscendi/ ⁊ similitudinem in poten/
tia diligendi. ad hoc ut rudib⁹ ⁊ paruulis ho/
minis pprietates manifestius innotescant/ a/
partibus eius ex quib⁹ est compositus est bre/
uiter inchoandum. Et primo a natura dignio/
re scilicet ab anima. fm quam cū substantia an/
gelica cōuenit ⁊ cōcorda. q̄ fm illaz supra na/
turam corporis homo ad celestia eleuat. (Nā
sicut dicit Irido.) abusiue est homo ab humo/
dicus. cum ex societate nō tantum corp⁹/ sed
anime sit conactus. ⁊ ideo grece antropos/ id
est surum creatus appellatur. eo q̄ ab humo
ad cōtēplationem sui artificis spiritus regimi/
ne subleuatur. Unde poeta. Pronaq̄ cū spe/
tent a talia cetera tenam. Os homini sublime
dedit celūq̄ videre. Iussit ⁊ erectos/ ad sydera
tollere vultus. homo itaq̄ celum querat/ ⁊ nō
tanq̄ pecas ventri obediens mentes in terra fi/
gat. Lum enīaz (fm Irido.) Duplex sit bono/
salicet interior ⁊ exterior/ primo ab interiori
salicet ab anima est tractandum.

Primo igitur videnduz est quid sit
anima scdm rem ⁊ scdm diffini/
tionem. et quid dicatur scdm ethi/
mologiam/ ⁊ nois impositionem
deinde quid fm potentiaz ⁊ virtutem. Tertio
quid scdm effectum ⁊ operationē. Quarto qd
scdm sui pfectibilis comparationem/ salicet q̄
sit eius pprietates quando cū corpore iungit/ et
que quādo ab eo separat. Anima vero rōnabi/
lis de qua hic intendimus a quibusdam san/
ctis ⁊ philosophis diffinit⁹ vt spūs a quibusdam

vt anima. a quibusdam vt anima et spiritus.
In quantum autem habet naturam spiritus di-
finitur ab augustinus in li. de motu cordis.

Anima est substantia incorporea intellectualis
illuminationis a primo vltima relaxatione per-
ceptiva. Et qua diffinitione primam et p[ro]pri-
etatem. Spiritus enim humanus in mediate
post angelos est diuine illuminationis recepti-
uus. Item in quantum est anima diffinitur du-
pliciter / quia dupliciter vnitur corpori. scz p[ro]-
motor / mobili / et nauata naua. Et secundum hoc
diffinitur a remigio sic. Anima est substantia
incorporea reges corpus. Et ab aug. de anima
et spu. Anima est substantia quedam r[ati]onis par-
ticeps corpori regendo accommodata. Et qua dif-
finitione alia sp[irit]us proprietatis elicitur. scz qua
dam necessitate amoris et gubernationis ad re-
gime corporis sibi vnit naturaliter indinat. Et
quo etiam p[ro]p[ri]a anima in corpore regendo non
p[ro] dimensionem et loci spacium in corpore exten-
ditur. sed eius virtute corpus vndiq[ue] regitur et
mouetur. sicut ponit Galenus. exemplum in
comento super thuncum. de aranea que in me-
dio sue tele residens sentit qualemq[ue] motu in-
terius siue exterius factum sic et anima in centro
cordis residens sine sui dissensione totu[m] corp[us] vi-
uificat et omniu[m] membrorum motus dirigit et gu-
bernat. Prout autem comparat corpori sibi vnit
vt forma et p[er]fectio diffinitur a philosopho in
libro de anima sic. Anima est endelechia / id est
actus primus siue p[er]fectio corporis siue p[er]fici
organici potentia vitam habentis. Et qua dif-
finitione patet q[uod] quantum corpori sit vniuersalis / no[n]
tamen omniu[m] / sed solu[m] organico corpori et p[er]bi-
fico / id est naturaliter ad susceptionem anime r[ati]-
nalis dispositio (infinidit et vnitur. Item in
quantum est anima et sp[irit]us quadrupliciter diffini-
tur. Primo in compositione ad creaturas generali-
ter (sicut dicit aug[ustinus] in li. de anima et spu) Anima
est omniu[m] similitudo. Et quo patet q[uod] anima ex
sua natura ad suscipiendu[m] in se omniu[m] rerum si-
militudines est apra nata (vt dicit in li. de ani-
ma et spu) Anima ad similitudine[m] totius sapien-
tie facta in se omniu[m] rerum gerit similitudines.
q[uia] similis terre est p[er] essentia[m]. aque vero p[er] ima-
ginationem. aeri p[er] r[ati]onem. firmamento p[er] intel-
lectum. celo empirico p[er] intelligentiam. Sexto
autem modo diffinitur in compositione ad deum
tanq[ua]m ad suam causam efficientem / sic. Anima
est deiforme spiraculum vite. Et quo patet p[ro]-
prietates anime q[uod] no[n] ex radice / nec ex seminali
r[ati]one p[ro]p[ri]a gatur / sed ad viuificationem corporis
a deo infunditur et creat. Item septimo modo

describitur in compositione ad deum sicut ad fi-
nem suum sic. Anima sp[irit]us intellectualis ad be-
atitudinem in se et in corpore ordinatus. Et ex
hoc relucet alia p[ro]prietates. scz q[uod] anima no[n] solum
separata beatificatur cu[m] angelis vel sicut ange-
lus imo in corpore glorificato ip[s]ius felicitas am-
pliatur. Istas omnes diffinitiones sub quadam
generali descriptione comprehendit. Joh[ann]es. dam[ascenus].
c. xxvi. dicens. Anima est substantia viuens / sim-
plex / et in corpore corporeis oculis s[er]u[m] propriam
naturam inuisibilis et immortalis / r[ati]onalis / in-
tellectualis / infigurabilis / organico vtens cor-
pore. et huic. id est corpori vite augm[en]tationis sen-
sus et generationis tribuitur no[n] alium habens
p[ro]ter seip[s]am intellectum / sed et partem sui ipsi-
us purissimam. sicut enim oculus in corpore / ita
est in anima intellectus arbitrio libera et volun-
taria et p[re]paratiua voluntate vertibilis / quoni-
am causabilis. omnia hec erit virtus gratia qui eas
condidit suscipiens ex quo et esse et naturam sus-
cepit (hucusq[ue] Jo. dam[ascenus]. in. c. supradicto)

Consimiles etiam p[ro]prietates describit Bern[ardus].
dicens sic. Quia anima insignita dei imagine de-
corata similitudine / desponsata fide / dotata spi-
ritu / redempta xpi sanguine deputata cum an-
gelis / capax beatitudinis / heres salutis / parti-
ceps r[ati]onis. quid tibi cu[m] carne etc. Et istis mul-
tis diffinitionibus et descriptionibus varijs va-
rie p[ro]prietates anime r[ati]onalis quo ad esse natu-
re et etiam gratie iam relucet.

Unde tamen sit rem anima plumb[um] est incertu[m]. Nam circa hoc antiqui legunt philosophi varias et quasi p[ro]tractas sententias protulisse. refert enim ari. in li. de anima q[uod] plato posuerit animam esse e[ss]entia[m] se mouente[m]. Zeno vero dicit animam esse num[er]um se mouente[m]. Pythagoras harmoniam. p[ro]p[ri]um ydeam. ascliptides vero dixit animam esse quinq[ue] sensu[m] exercitium / siue consonu[m] hypocras autem sp[irit]u[m] tenuem p[ro] omne corpus dispersum. erastus p[er]ficius lucez vel scintillam essentie animam vocat. democritus sp[irit]u[m] insertum atomis. vnde p[ro]pter facilitate[m] mor[is] totu[m] corpus anime p[ro]uim[us] asserit. permenides dicit eam ex terra et igne esse. epicurus dicit animam quada[m] sp[irit]u[m] ex igne et aere esse. hypertus dicit animam quandam vigorem igneum fore (iuxta illud.) Igneus est illis vigor et celestis origo. Luz ergo tot et tam diuersa de substantia anime a sapi- entibus sunt relata. hoc solum sufficit quo ad p[re]sens q[uod] s[er]u[m] sanctoru[m] dicitur. Anima est quedam p[re]sentialis et r[ati]onalis substantia ad viuificandu[m] et p[ro]ficiendu[m] corpus humanu[m] a deo ex nihilo creata. vnde q[uia] substantia est p[ro]prio[rum] susceptiua

Suscipibilis enim est scientie et ignorantie virtutis et malitie. et hoc sine substantie sue in mutatione seu deperditione. Item quia incorporea est. non est sensu corporali percipia neque secundum dimensionem extensiva. Item quia simplex est in natura id est nec augmenti nec decrementi est in sua essentia receptiva. et ideo nec in corpore maiori est maior. nec in minori minor. (ut dicit augustinus). Item quamvis simplex sit et invariabilis in substantia sua. tamen est in potentia multiplex. Nam multitudo in virtute et potentia non ponit maiorem in natura vel minoritatem. sed quo ad varios effectus est potentialis multitudo in anima. unde non est maior in tribus quam in una nec minor in una dicitur quam in tribus. patet itaque multipliciter anime proprietates secundum rem et diffinitionem. lucidius autem patebit anime conditio per nominis ipsius impositionem.

¶ Anima igitur secundum Isidorum a gentibus nomen accepit. pro eo quod finem eorum opinionem ventus sit quod dicitur ore arabentes vivere videmus. sed hoc apertissime falsum est. quia multo prius anima corpori infunditur quam aer ore capiatur. quia in generitibus utero statim vivit quando a domino infunditur et creatur. anima igitur dicitur. eo quod vivit. et corpus cui infunditur animatur et vivificatur. Spiritus vero dicitur quia vitam habet in se spirituales. animales. et naturales. et quod spirare facit ipsum corpus. Idem etiam in essentia est anima et animus. sed anima dicitur vitam secundum rationem. et animus consilium. unde dicunt philosophi. animam id est vitam sine animo id est sine consilio permanere. dicitur etiam anima mens. quia tanquam caput eminet. vel quia meminit. unde et homo finem mentem dicitur ymaginem dei. Item multa nomina anime sunt ita coniuncta quod unum pro alio sepe ponitur. et per diversa nomina una anima diversis respectibus nominatur. anima enim dicitur dum animatur et vivificatur. mens in quantum recollit. animus dum vult. ratio dum recta iudicat. spiritus dum spirat. sensus dum aliquid sentit. unde et proprietas anime proprietatibus scientia que anime est qualitas. est a sensu a quo nomen accepit. huiusmodi Isidorus. li. ii. c. x. et liij.

¶ Anima vero plures habet potentias cum sit in substantia una habet multiplicem compositionem finem quam oportuit diversam potentiarum ipsius ostendere partitionem. comparatur enim ad corpus et ad finem suum et ad actum suum. Sed et per se ad corpus quibus potentias quibus prima est finem

augustinus. sensualitas que est vis anime qua movetur et tendit in corporis sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. hac potentia movetur animal ad appetendum delectabilia refugit que nociva. Secunda potentia est sensus scilicet vis anime que cognoscit res sensibiles et corporales quando sunt presentes. Tercia est imaginatio qua anima intuetur formas rerum corporalium quando sunt absentes. Quarta est ratio que inter bonum et malum. verum et falsum discernit. Quinta est intellectus qua res non materiales sed intelligibiles comprehendit ut deum et angelum. et huiusmodi tres prime potentie scilicet sensualitas. sensus. et imaginatio sunt in anima prout corpus. et visibilis et ei influit vitam et sensum interiorum et exteriorum ad ipsius corporis perfectionem. et hee potentie hominibus et brutis sunt communes. due vero alie. scilicet ratio et intellectus sunt in ea prout a corpore est separabilis et remanet separata. sicut angelus. et hoc secundum duplicem aspectum. respicit namque superiora. et sic intellectus nuncupatur. respicit et inferiora. et sic ratio dicitur. prout autem anima comparata ad finem suum triplicem habet potentiam. scilicet rationabilem. qua tendit in verum. concupiscibilem. qua tendit in bonum. et irascibilem. qua tendit in arduum et eternum. In rationabili est cognitio veri. Item concupiscibili voluntas et desiderium boni. In irascibili est fuga contrarii. scilicet mali. Omnis itaque potentia sic considerata est cognitiva siue apprehensiva veri. vel affectiva boni. vel motiva ad fugam mali. De vi igitur apprehensiva siue rationabili omnis sensus oritur. De vi autem motiva concupiscibili et irascibili nascitur omnis affectio seu affectus. que affectiones sunt quatuor. scilicet gaudium spes timor et dolor. Prime due nascuntur de concupiscibili nam de re quam concupiscimus gaudemus. et gaudentes speramus. Due vero alie. scilicet timor et dolor oriuntur de irascibili. quia de eo quod odimus iam dolemus. et dolendo timemus. Disi quidem quatuor affectus virtutum omnium et vitiomm. quedam sunt subtracta materia sicut alias est ostensum. et hoc patet per augustinum libro de anima et spiritu. ubi hec omnia declarantur.

¶ Rursum vero consideratur anima in comparatione ad suum actum. triplex potentia occurrit. scilicet vegetabilis sensibilis. rationalis. immo in diversis subiectis triplex dicitur anima. scilicet vegetabilis. que est in plantis et radiabus. sensibilis que est in brutis animalibus. rationalis in hominibus. Unde animam vegetabilem comparat philosophus triangulo

De anima

quia bimōi tres sunt partes. generatiua/nutri-
tiua et augmentatiua. unde hec potentia seu a-
nima prima est similis triangulo in geometria
animam sensibilem comparat quadrangulo.
quia quadrangulus ducta linea ab angulo ad
angulum duos. facit triangulos anima sensi-
bilis duas facit triangulos potentiarum ubi
cumq;. n. anima est sensibilis / ibi et vegetabi-
lis inuenitur / sed non e conuerso. animam autē rō-
nalem pparat circulo rōe sue perfectionis et ca-
pacitatis. oim. n. figurarum vsos perimitaruz
idest equales ambitus habentium maximus
est circulus. quāuis. n. pfectibilis facta sit in sci-
entia et virtutibus anima rationalis. vt dicitur
in libro de anima. perfectissima est et capacis-
sima instar circuli quantum ad potentias na-
turales. vñ supposita aia rōnali / presupponi /
potentia vegetabilis et sensibilis s̄ nō puenit

¶ Anima igitur vegetabilis potentia
habz generatiuam necessariam ad
multiplicatōnē. potētiā nutritiuā
ad conseruationem indiuidui. sed potentiam
augmentatiuā ad perfectionē subiecti. Dicit
autem virtuti vegetabili quātor deseruiūt scz
virtus appetitiua que fuit necessaria i nutrimē-
tō digestiua. que separat conueniens ab inco-
uenienti in nutrimento retentiua que transmittit
ad singulas partes in animalibus. et ad sin-
quibus mediābus spūs vitalis ad omnia inferiora mēbra viuificanda in corpe deponat. Alter vero ramus tendens ad superiora diuiditur iterum in tres ramos. quorum dexter ad dextrum brachium / sinister ad sinistrum equaliter se diffūdit in arterijs sic diuersimode bifurcatis transfundit spūs vitalis per totum corp⁹ ⁊ vitalem in arterijs pulsum operatur. **A**liud vero ramus ad cerebrum se extendit ⁊ superiores partes viuificans vitalem spiritum in omnibus partibus circumfundit. Idem vero spiritus ad ventriculos cerebri vltimus penetrans ibidem plus dirigitur ⁊ subtiliatur in essentiam animalis spiritus qui subtilior est ceteris transmutata. **I**ste igitur spūs animalis in anteriori ventriculo cerebri generatur ⁊ particulariter diffunditur per organa sentiendi / nihil omnino tamen pars remanet in eisdem ventriculis. vt sensus communis ⁊ imaginatiua virtus perficiatur. Deinde transit ad medium ventriculum. scilicet ad cellulam logicam ad perficiendum intellectum / foamato autē intellectu transit ad puppim sine ad cellulam memoriale impressiones in alijs cellulis factas secum deferens. vt in thesauro memorie reponant. a puppi vero / idest a posteriori parte capitis / idest cerebri per medullam spine dorsali / que a phisicis nebra dicitur penetrat ad nervos motiuos. vt sic motus voluntarius in omnibus partibus corporis inferioris generetur. **U**nus igitur ⁊ idē spiritus corporis subtilis tamen ⁊ aeris propter diuersa officia in diuersis membris diuersis hominibus est vocatus. **N**am spiritus naturalis est in epate. spiritus vero vitalis in corde. sed spiritus dicitur animalis put in capite operatur. **N**unc quidem spiritum non debemus credere humanam animam sine rationalem animam / sed potius (vt dicit aug⁹.) **E**iusdem vehiculum ⁊ proprium instrumentum mediante enim tali spū anima corpori iungitur / ⁊ sine talis spūs ministerio nulla anime actio perfecte in corpore exerceret. **U**nde istis spiritibus lesis ⁊ in suis effectibus qualitercumq; impeditis / resoluta corporis ⁊ anime harmonia rationalis spiritus in cunctis suis operationibus in corpore impeditur. vt patet in maniacis ⁊ freneticis ⁊ in alijs in quibus vsus rationis sepius nō habet locum. ⁊ hoc est quia peditōrum spirituum humore vel vulnere leditur instrumentum. **I**stis igitur spiritibus confortatis / anima confortatur. ⁊ istis debilitatis vel deficientibus / ipsa anima quo ad regimen corporis deficit / vel in suis actibus minoratur. vt plane ostendit constan. **E**t hec de istis spiritibus

bus sufficiat quantum ad partem priorem tractandi. **U**n pulsus spiritus vitalis sic effectus / restat vt de pulsibus ⁊ corporis proprietatibus aliqua dicamus.

Est itaq; pulsus sive diastolem ⁊ sive systolem idest sive dilationem ⁊ constrictionem cordis ⁊ articularum motus. **U**n igitur cor in continuo motu existens a centro vsq; ad circumferentiam in sanguinis a caloris motu ac in pulsu spūs vitalis continue moueatur ex tali motu vsq; ad sui extremitates dilatatur. quando vero e conuerso ab extremitatibus ad centrum mouetur / constringitur. **C**ordis igitur dilatatio ad frigidum aerem attrahendum et constrictio ad aerem furiosum expellendum / sunt causa pulsus. **A**d hoc autem necessarius est pulsus vt dispositio spūalis virtutis intelligatur / ⁊ eius operatio cognoscat. **D**icitur itaq; pulsus a corde incipit ⁊ per artenas ad extremitates corporis se diffundit / vnde consistentiam cordis ⁊ eius actionem ostendit. **S**olet autem a medijs non in oib; partibus corporis / sed in brachialibus partibus motus pulsus communiter inueniri quoniam in quibusdam non posset bene discerni propter earum a centro cordis elongationem. **I**n quibusdam autem propter cordis regentis occultationem. **I**n quibusdam autem propter ossium constrictionem. ⁊ ideo antiqui sapientes ad discernendum pulsum artenas brachij elegerunt. ⁊ hoc siquidem fuit facilius / vtilius ⁊ honestius. facilius quia carnosae partes artenas non occultant. vtilius quia brachiales artene cordi magis approximant. honestius / quia nec egro / nec medico aliquam verecundiam generat seu ministrant. indecens enim esset ⁊ verumcundum occulta membra corporis denudare. **D**iscernuntur autem pulsus per optime per digitorum appositionem super locum pulsantem.

Quod fieri consuevit cum mediocri pressione aliter in forti / aliter in debili. quia in forti ⁊ carnoso fortius / in debili ⁊ canibus diuudato remissius ⁊ leuiori pressione fieri consuevit. **A**d hoc sciendum est vt dicit constantius quod multe sunt pulsuum diuersitates / que tamē ad decem referuntur vel reducuntur. **P**rimus attenditur secundum dimensionis quantitatem. **E**t hic est triplex. magnus / quando per latum / longum ⁊ profundum arterie se diffundit. **E**t prouenit iste pulsus fortis ⁊ grossus ex fortitudine spiritus quo dilatatur pulsus. ⁊ est pulsus ex nimio calore qui indiget in frigidatione et ex mollitie membri obediētis dilatatione. **D**icitur ⁊ parvus / occultus ⁊ stricus quando ad centrum redit ⁊ hoc fit ex defectu virtutis ⁊ prauitate caloris

Dicitur et medicis equalis et tempatis quando nec centro nec extremitatibus est vicinus.

Hec medicitas ex magno et parvo procedit.

Item consideratur secundum tempus motuum. et sic dicitur velocitatis / tardus / et medius. Velocitatis quod pro temporis intervallo sepius movetur. et hoc contingit ex forti calore et virtute. Tardus quod magnum continet temporis intervallo vel spacium ad sui motus complementum. et hoc accidit ex defectu caloris et virtutis minoracione. medius inter hos laudabilis est habendus. Tertio consideratur pulsus secundum tenorem virtutis. et secundum hoc est fortis / debilis / et medius. Fortis est quando quadam virtute a se videtur repellere digitum tangentis. et hoc accidit ex fortitudine virtutis et molliate organi facili ad remouendum. Debilis est quando debiliter digitum percutit. et hoc est ex imbecillitate virtutis / et duritie organi inobediens. Medius ab utroque temperatur. Quarto attenditur secundum consistenciam organi. et tunc dicitur durus / mollis / et medius. Durus est quando cum quadam asperitate et duricia resistere videtur. et hoc puenit ex vasorum suorum siccitate. Mollis est quando digitum cum magna suavitate sentit ita videatur ab eis pernetri. et hoc puenit ex humiditate. Medius inter hos duos est tempatis. Quinto indicitur secundum plenum vacuum / et medium. Plenus est qui quadam humiditate redudare videtur et hoc puenit ex nimia sanguinis et spiritus repletionem. Vacuus autem est quando apparet inflatus. sed cum tangitur / quasi vacuus digitis perforatur. Medius ab his est temperatus.

Sexto indicatur pulsus secundum qualitatem arteriam. et dividitur in calidum / frigidum / et medium. Calidus est cum digitorum extremitates sentit calidam arteriarum substantiam. et hoc puenit ex materia intra habitam. scilicet ex spiritu / et calore. id est calido sanguine. Frigidus e contrario est intelligendus.

Medius vero ab his duobus temperatur. Secundo indicat ex opere quietis. et hec dividitur in spissum / rarum / et medium. Spissus est qui sua dilatatione digitorum extremitates sepe percutit et subito recedit. et hoc accidit ex fortitudine caloris et defectu virtutis. fortitudo enim caloris remedium querit refrigeracionis. defectu vero virtutis cum non valeat semel bis vel teri appetendo laborat. Rarus vero e contrario et ex contraria causa puenit. scilicet ex tarditate caloris / et ex fortitudine virtutis. Medius inter hos erit temperatus. De septem pulsibus sensu sunt notabiles et ad discernendum ceteris faciliores. Alii vero tres pulsus quorum primus dividitur in pondus laudabile / et non laudabile. Secundu qui dividitur

in concordem / et in non equalem. Tertius qui secundum percussione maiorem vel minorem dividitur in ordinatum / et non ordinatum tamē vir valentia penitissimis medicis deprehenditur. et ideo de eis ad presens superscedendum est. Si quis tamen eos scire voluerit. in vij. li. pandeg. constant. c. iij. de quo hec extraximus inueniet determinata sufficientissime omnia et expressa sibi et pulsus capulante marcellino / seruiuo / verniculuso formidante / estuante / et tremente diffusus dispuratur. de quibus nihil ad presens. tum propter difficultatem. tum etiam propter singularium pulsum in multipliciorem. tum etiam quod presenti opusculo multum necessaria non videntur.

Triatur autem pulsus propter multitudine. Primo propter sexus discrecionem. nam in masculis qui validiores sunt nature et fortiores / fortior est pulsus quam in feminis que sunt nature magis debiles. et hoc est quod natura sepe iterum dicitur supplere in feminis quod per fortorem pulsum semel in masculis operatur. Item variatur pulsus per completorem quia si fuerit calida / facit pulsum fortiore maiorem vel velociorem. si vero frigida / facit paruum debile atque tardum. si autem humida molle reddit et spissum si siccum / asperum atque durum.

Item diversificatur propter variam corporis dispositionem. quod in macilentis generaliter est pulsus fortior et vivacior quam in crassis. et hoc forte propter immorem arterie per molem carneam occultationem vel propter maiorem caloris naturalis qui abundat in macilentis intensione qui quidem calor pulsum efficit fortorem. Item propter etatis diversitatem. quia pueri habent et velociorem pulsum ad immiti caloris refrigeracionem. quia in talibus plus abundat Nam velocitatem facit magnitudo caloris. et debilitas virtutis que ad attrahendum frigidum aerem semel non sufficit ut supra dictum est. Iuvenes vero propter abundantem in eis virtutem pulsum habent fortem et velocem.

Senes vero e contrario paruum et tardum debilem / et rarum. et hoc quia eorum completio appropinquat frigiditati. unde non est necesse multum attrahere aerem frigidum causa refrigeracionis. Alii autem etates his affines secundum eam cui magis approximant pulsum similiores sunt habentes. et hec etiam in masculis quam in feminis. Item propter temperacionem frigidam et calidam pulsum facit fortem. similiter et autumnus. Omne enim temperamentum virtuti naturali adhibet incrementum.

Estas vero qui calidissima est debilem pulsus
 reddit et paruum, propter nimiam pectoris vel poro-
 rum dilatationem, propter quam euanescit vis
 et debilitatur, et ideo pulsus debilitati non suffi-
 cit ut magnus efficiat. Hyems autem quia fri-
 gida est facit pulsus tardum, sed tamen mul-
 tum fortem, tarditas autem hec, puenit et hoc
 quod non oportet multum refrigerari, fortis autem
 est quia calor naturalis ad interiora refugit cor-
 poris, unde virtus et pulsus confortatur quando
 non excedit, calor vero estivalis vniuersim dissol-
 uit. Item propter diuersorum climatum et
 regionum inhabitationem, quia in calida regi-
 one habitantes ut in ethiopia pulsus habet
 velocem quasi estiuum. In habitates vero in frigida
 pulsus habet sicut hiemali. In habitates vero sub
 linea equinoctiali pulsus habet medietatem
 sicut in tempore vernali et autumnali. Simili-
 ter aer calidus frigidus et siccus siue temperatus
 pulsus variat et immutat. Item propter imp-
 gnationem, nam pregnantes in pulsu sunt mu-
 tabiles, quia a principio usque ad septimum me-
 sem pulsus habent fortem spissum et velocem
 quia calor fetus calorem augmentat natura-
 lem, et vires mulieris usque ad hoc tempus sunt
 mediciores et fetus adhuc paruus, unde parus
 nutrimenti abstrahit ab eorum corporibus, et
 ideo est pulsus adhuc temperatus. In septimo
 vero mense fetus maioratur, et ideo maius nu-
 trimentum requiritur, unde et natura grauat
 et per consequens pulsus debilitatur. Item pro-
 pter somni et vigiliarum alterationem, quia tem-
 pore somni parus esse solet et tardus sed post
 somnum fit fortis et magnus quia tunc calor
 naturalis confortatur, veruntamen si somnus
 nimis prolongetur, pulsus rarefcit et debilitat
 Item si quis a sono excitetur subito natura vel ma-
 teria discedit et pulsus velox/spissus tremens et
 inordinatus subito inuenitur, sed cum quiescit
 iterum reuertitur in pristinum statum. Item pro-
 pter laborem et corporis exercitationem que si
 fuerit temperata pulsus facit magnum/ fortem
 velocem/et spissum quia calor naturalis post
 huiusmodi exercitatur. Si vero exercitium exi-
 uent temperamentum accidit e contra pulsus
 parus/durus/tardus/et rarus, quia in sicla-
 borantibus virtus deficit et calor naturalis
 dissoluitur et pulsus per consequens minoratur
 Item propter balneorum assuefactionem, nam
 in aqua calida balneantes tempore pulsus ha-
 bent fortem magnum/et spissum, et hoc propter na-
 ture confortationem/et propter superfluitatem hu-
 midarum consumptionem, sed in nimis modis
 abus in aqua pulsus efficitur debilis/remans

tamen si curpius velocitas et spissitudo. Si
 militer balneantes in aqua frigida tempore pul-
 sum habent fortem/et velocem, et hoc contingit
 propter caloris naturalis coadunationem et co-
 fortationem virtutis puenientis ex temperamento
 exterioris infrigidationis, sed nimia mora in
 tali balneo pulsus debilitat et virtutes, et hoc co-
 tingit in macilentis plus quam in crassis propter fri-
 giditatem ad interiora nimis subito et quasi si-
 ne obstaculo penetrantem/et quasi siue precor-
 dia plus debito constringentem. Item propter
 cibi et potus variam sumptionem, abus enim
 superfluus et indigestus pulsus debilitat, mod-
 eratus vero digestus ac per membra dispersus
 vel diffusus excitata virtute pulsus augmetat
 Similiter et potus moderatus et digestus pul-
 sum facit fortem/magnum/et velocem, potus au-
 tem calidus pulsus facit velocem/et spissum/
 frigiditas autem rarus et tardum.

Item propter passionum anime variationem,
 nam ita facit pulsus et inducit velocem/forte
 spissum, letitia medietatem, timor similiter pul-
 sum efficit velocem/et inordinatum/et tremen-
 tem, similiter et dolor, et sic de alijs contingit.

De autem dicta de anime et potentiarum ei-
 proprietatibus/virtutibus/et effectibus quantu
 spectat ad hoc opusculum iam sufficienter, Nunc
 autem de proprietatibus humani corporis ac-
 ius anima actus est et perfectio adiuuante dei
 gratia aliqua sunt dicenda.

Finis Liber Tertius

De qualitatibus et humoribus humani corporis

Ziber quartus Incipit.

De humani

itaque corporis et partium eius proprietatibus tractatur/ ab elementis et humoribus et quibus constat corpus/ et

primus inchoandum.

Quatuor sunt itaque elementa et elementares qualitates ex quibus constituitur omne corpus aiatum materialiter/

principale corpus humanum. quod inter omnia elementa est nobilissimum/ et nobilissime inter omnia composita elementa ordinatum. ut puta proprium animalis organum ipsius operationibus tam naturalibus quam voluntariis deputatum. Et itaque corpus hominis compositum ex quatuor elementis. scilicet terra/aqua/aere/igne. quorum quodlibet habet proprias qualitates. Sunt autem quatuor prime et principales. scilicet caliditas et frigiditas. siccitas et humiditas/ que dicuntur prime quia primo labuntur ab elementis in elementa. Dicuntur etiam principales. quia ab eis omnes secundarij effectus oriuntur. Harum qualitatum due sunt actiue. scilicet caliditas et frigiditas. Alie vero due. scilicet siccitas et humiditas sunt passiue. unde ab istarum qualitatum prevalencia et diuersio dicuntur elementa actiua vel passiua. Dicuntur autem prime due principaliter actiue/ non quia ille tantum agant. quia passiue similiter agunt. nulla enim qualitas est ociosa in corpore. sed ideo dicuntur be actiue. quia per actiones earum alie habent induci vel seruari. Nam caliditas quoque humiditate quandoque siccitate inducit et custodit. ut potest videri in carne falsa. calor enim solis terrestris partes dissoluit et aquosas et aereas. et sic relaxando/ molliciendo/ a calore inducit humiditas. Siccitatem autem inducit/ quia calor agens in humiditate primo eam dissoluit et dissolutam consumit. et siccitas que est lima caloris inducit et etiam seruat. Caliditas igitur est elementaris qualitas summe actiua. quod patet per eius effectum. dum enim agit in rebus aliquid primo eius pres dissoluit. quibus dissoluis/ res debilior efficit/ que per partium coherentiam fortior fuerat. et ideo actio rei agentis nimis resistit. Item caliditas est omnium generabilium artifex et causa generationis

totius principaliter effectiua. Est autem duplex caliditas. scilicet solaris siue celestis. scilicet generans. et best saluatiua et generatiua. unde quandoque generantur rane ex celesti calore in aere. Alia est elementaris et generatiua. et hec est corruptiua et consumptiua. sicut quando fit coadunatio fractorum radiorum in puncto alicuius corporis perspicui. sicut si fiat coadunatio radiorum in speculo/ potest incendi supra ex reflexione radiorum et comburi. Item inferiorum est ad superiora reductiua. faciendo enim motum a centro ad circumferentiam dissoluit terrestria in aquosa. et aquosa in aerea/ et illa in ignea. et sic inferiora et media reduct in sua superiora. Item eorum que dure sunt compactionis/ est remolliatiua. Agendo enim in grossam substantiam eam dissoluendo molliciat. ut patet in metallis caloris liquefactione. soluendo enim terrestria in aquosa remollit.

Item mollium et liquidorum induratiua. ut patet in ouo igni appposito. quia liquidioribus et subtilioribus partibus resolutis terrestribus partibus remanentibus indurescit. Item densorum est subaliatiua. Dum enim motum a centro ad circumferentiam habeat/ vi sua rem in quam agit/ dissoluit/ et sue actioni idoneam reddit. unde cum rem ad simplicitatem reducere laborat per consequens subtiliat. Nam subtilitas grossere rei subtilitas est que in nascitur per minorum partium compactionem. ut patet in glacie que calore soluta subtiliatur. Item virtute sua est depuratiua metallorum et rubiginis ipsorum consumptiua. Nam agendo in substantias ipsius metalli ipsas dissoluit et si quid inuenit ferulencie et rubiginis separat et consumit. Si autem fuerit aurum omnino purum/ violentia quidem caloris dissoluitur/ sed non consumitur. unde aurum perfecte depuratum/ quantumvis per calorem dissoluatur/ non tamen in suo potest diminui. Item caliditas est accidentaliiter corruptiua. ut est/ videre quando calor plus dissoluit quam consumat/ ipsi humores putrefiunt et corrumpuntur. ut patet in annulo frumenti aqua asperso ubi calor indusus a quam resoluit in fumositatem/ que indusa et tentata grana remollit/ et putrefacit/ et corrumpit. Item naturaliter est grauium alleviatiua. dum enim humiditas per calorem resoluta consumitur pondus minoratur/ et sic substantia rei leuiatur.

Preterea calore agente in humiditate fumus generatur/ qui fumus alleviatur/ et depuratur et in spiritum salicet substantiam leuem et aeream mutatur. et rem in qua continetur/ reddit leuiorem. Hinc est quod corpora animalium viuendum in comparabiliter sunt leuiora quam corpora mortua

De qualitatibus et hūo.

drum ppter calorem & spiritum contentum in arterijs & in venis. Sic enim corpora animalium sunt leuora post prandium q̄ ante propter caloris confortationem/tamen accidentaliter est caliditas aggrauatiua agendo enim in substantiaz rei subtiliores & leuiore partes consumit & remanentibus partibus grossioribus fit compactio & pconsequens aggrauatio. per pororum etiam apertiones ex vi caloris fit spirituum euaporatio. ex quorum presentia corp̄ leuiatur/quibus euaporatis/per ipsorum absentiam aggrauatur. Item caliditas est coloris rubi generatiua. agens enim in materiaz partes terrestres resoluit in aquosas & illas in aereas & in igneas. vnde ex circumfusione ignearum partium immutantiū rei superficiēz color igneus / s. rubeus generatur. sicut est videre in rosis. Preterea dum p calorem calidi humores in corpore generantur ex eorum diffusionē p corp̄s superficiem color rubeus generatur. Item accidentaliter est discoloratiua. quia p caliditate poros aperientem exhalat humores / & spiritus euanescent ex quorum presentia fiebat coloratio eorum absentia color / discolor generatur. sicut est videre de rosa rubea q̄ ex fumo sulphuris albefat. Item nimis intensa naturaliter ē mortificatiua eo q̄ dum vltimus motus caloris agit in substantiam eam ad vltimum resoluit / & resoluendo in fine destruit & consumit. Item accidentaliter est viuificatiua. quia p caliditatem prestantem motum cordi & spiritibus fit spirituum in corpore restauratio & nutrimentum membrorum fit competens administratio. & sic p consequens corpus regitur & viuificatur. Recollige itaq̄ exp̄dictis q̄ caliditas est elementaris proprietates summe actiua penetratiua. summe mobilis & motiua. generata ex motu radiorum: sumptius multiplicatiua. sui communicatiua. illorum in quorum substantiam agit / in suam speciem transformatiua. illarum que frigiditate mortua sunt & destruta viuificatiua & renouatiua (vt patet in radicibus & in plantis que h̄yemali frigore mortificate vernali calore reuiuiscunt. inferiorum ad superiora deductiua / attractiua / superfluum consumptiua / & sordium purgatiua. in materijs diuersis diuersorum immo oppositorum est effectum productiua. & ideo nunc inuenitur rarefactiua & remollificatiua / liquefactiua / & apertitiua & conuerso. nunc condensatiua & induratiua / constructiua & opilatiua. nunc etiam saluatiua / nunc corruptiua & opilatiua. Est etiā virtute propria soporum immutatiua. nam acetosa & agrestia conuertit in dulcia (vt est videre in fructibus & in vniuersis) Per nimiram autem intentionē et excessum dulcia conuertit in amara & in salsa. nam ex calore int̄so exurentē sanguinē / sanguis in coleram conuertit / & p eundem aqua p forte ebullitionem subtiliores partes aereas & sumente terribus manentibus in salis substantiam transformatur. Est etiam caliditas quidōrum & in digestorum maturatiua / & maturatiua in fructibus celerius perfecta. vnde in regionibus calidis fructus citius maturant q̄ in frigidis & plus dulcescunt. Est etiam formaz & specierum potentia in materia latēter existentium ad actū educatiua (vt patet in mineralibus) nam per caloris actionem aurum / es / argentum / & cetera metallica species de lapidibus educuntur / & formam nobiliorē vestiuntur. Per calorem etiam dissolventem substantiam cinerum & depurantē cineres in vitrum conuertunt. vnde patet q̄ calor aens & nature est minister. q̄ mediāte calore nobilissime species & forme tā naturales q̄ artificiales de potentia ad actum educunt. Est insuper caliditas in ipsa in aere plurimarū passionū (vt putanubium / coruscationū / fulgurum / imbrium / & huiusmodi) generatiua. nam vi sua actiua attractiua vapores varios / siccos & humidos ad diuersa aeris interstitia eleuat. quibus aggregatis & condensatis in nubes calor inclusus eas alterat in varias species & transmutat / q̄s diuersimode tandem dissoluit / & dissolutas nunc in speciem niuis seu grandinis / nunc in speciem pluuie seu imbris ad terras vniuersas circumspargit. Est preter hec caliditas suorum subiectorum a centro ad circumferentiam eleuatiua. vt patet in elementis in quibus dominatur. s. in aere & in igne qui summa distantia a centro terre elongatur. hoc etiam patet in oleo quod semper supernatur. & in alijs omnibus in quibus naturaliter calor vincit. Est insuper dispositiua siue qualitatum sui subiecti ostensitiua. vt patet in corpore vbi dominatur calor. Nam vt dicit constantinus lib. i. c. xi. corpus si fuerit calidum / erit caro multa / pinguedo pauca / color rubeus / pili multi nigri vel rubei / tactus calidus / intellectus bonus / homo multum facundus multum mobilis / audax / iracundus / amans & libidinosus / & multum appetens / & cito digerens / asperus / vorax / verecundus / fortis / velocis pulsus. Nec & multa alia ponit constantinus. signa que calidi corporis sunt indicia. Et hec de calore dicta sufficiant.

Rigiditas est elementaris qualitatis quedam actiua. proprietates debiliores in actū caliditas. Ipsa enim est moueri a circumferentia ad centrum. et ideo partes subiecti in quod agit facit sibi viciniam ad adherere

etideo tardius & difficiliter perficit in ipso effectu suum/ quauis etiam naturaliter habeat infrigidare/ tamen accidentaliter calefacit. videmus enim in hyeme quod ex frigiditate constringere poros corporis calide fumositates interiora petunt/ & non habentes liberum exitum (quod intus sunt retente) se occulant & calefaciunt. unde exterior frigiditas intus accidentaliter calefacit. Item frigiditas est condensatiua. quod frigiditate motum faciente ad centrum pars parti vicinius coheret. partes enim prius erant per interpositionem humiditatis separate a centro se iuncte/ sed condensata humiditate ad centrum constringuntur. Item quauis reducendo partes ad centrum sit naturaliter coniunctiua/ tamen accidentaliter dissolutiua & partium dis iunctiua sicut patet in cerebro frigiditate aliqua compressio vi compressionis humiditas in eo contenta exprimitur/ dilabitur/ & per diuersa cerebri emunctoria dispersitur. ut patet in patientibus catarrum ex causa frigida. Item naturaliter iugrosatiua. quod dum per actionem frigiditatis partes partibus vicinius coadherent/ totum grossius efficitur. Preterea partes ignee per frigiditatem compimentem condensantur in aereas/ aere in aqueas/ & aquee in terrestres & sic tota grossior efficitur. Est autem frigiditas accidentaliter subtiliatiua. quod quandoque per frigiditatem constringentem multa fit humiditatis oppresse educio/ que humiditas contenta in poris substantiam iugrosabat/ ex hoc quod illius humiditatis fit educio/ consequitur accidentaliter substantie subtiliatio. sicut patet in pelle lota & expressa. Item quauis ex constringente partium & ex virtute comprimente facta euacuatione spirituum sit frigiditas naturaliter grauatina/ accidentaliter tamen leuigat. quod facta educatione humiditatis quod aggregabat/ totius substantie fit alleuatio. Item frigiditas repaerata est vite & rei conseruatiua. quod dum per frigiditatem humiditas condensatur/ caliditatis intensio retardat. unde sicut paulatim humiditas per poros resoluitur/ ita resoluta paulatim consumitur. & sicne calor dissoluat substantiam rei impeditur. & res ne pereat frigiditatis beneficio custoditur. unde in locis frigidis & autosis cadavera paulatim sine fetore frigiditate resistente consumuntur/ dandum est etiam poris frigiditate constringente. unde vapores putridi ne exalant exterius/ ad interiora reprimuntur. Frigiditas tamen accidentaliter corruptiua est & destructiua. nam dum digestio ex frigiditate in subiecto impeditur/ tunc impedita caloris naturalis actio debita/ corrupti humores generantur. ex quibus sequitur corporis

corruptio/ dum corrupti humores corpori incorporantur. & hoc est videre in vulnibus quibus frigida nimis apposita poros restringunt. vnde recentes fumositates interiorum carne remolliunt/ & eam corrodentes vel corruptentes putrefaciunt. Item naturaliter est discoloratiua. sicut videtur quod in hyeme calor corporis vel cordis fugiens suum contrarium humorem & spiritum ad interiora secum depauperatam discoloratam facit. ut patet in labijs & in genis. vnde tamen accidentaliter est coloratiua. quod per frigiditatem fit pororum constrictio/ & spirituum ac humorum retentio. quorum presentia fit superficialiter cutis coloratio. Item frigiditas nimis inter se est naturaliter mortificatiua. quod dum per eam nimia fit constrictio in corde/ spiritus deficiunt omnino. & sic corde mortificato (a quo procedit aliorum viuificatio) sequitur illorum necessaria mortificatio. quod ex frigiditate nimis dominante calor debilis extinguitur. & sic vitalis spiritus non habens fomentum suffocatur. Accidentaliter tamen est frigiditas viuificatiua. sicut est videre in quibus quibusvis dicitur quod ex arboribus prodeant que vice fructuum tanquam quedam tuberositates ex arbore nascuntur. sed quod diu sunt in arbore nullatenus viuificantur. & hoc contingit vel accidit (sicut dicit comment. super librum vegetabilium) propter porositate ligni & fumositatem a cortice exalantem. sed quando ille tuberositates ruptis cenaculis in aquam cadunt/ frigiditate poros interiorum constringente/ fumositates interiorum retinentur que concalcate ad immixtionem depurantur ac subtiliantur. & dum interiorum detinentur/ in spiritum conuertuntur. ex cuius multiplicatione & diffusionem per singulas partes ille tuberositates viuificantur & postea in quandam autem speciem transformantur/ que quidem ab alijs quibus in natura & complexionem multum sunt diuerse. partem enim habent de carne & minus de sanguine. & ideo ad esum non sunt apte. ut dicit idem comment. materiam tamen diuine laudis considerantibus administrant. Illos enim spiritualiter representant/ quos per lignum crucis diuinus spiritus in aqua baptismatis generat/ in quibus carnis & sanguinis desideria non habundant/ qui viuificati spiritu volare celestia rotis viribus desiderant & aspirant. sed de hoc alias. Item frigiditas mater est albedinis & palloris/ sicut caliditas mater est nigredinis & ruboris. vnde in calidis regionibus nascuntur nigri homines & fisci sicut apud mauros in frigidis vero nascuntur albi. sicut apud scythos. ut dicitur in libro de celo & mundo. & assignat rationem. quod ex

De qualitatibus et hūo.

hūo frigiditatis in frigidis regionibus mar-
ces multorum ad talem ferum disponuntur. vñ
de p̄creant albos filios s̄m aitem ⁊ longos/
⁊ molles ac lauos ⁊ laxos crines habentes.

Contrario autem est in calidis regionibus
vbi pariunt filios/nigros/crispos ⁊ par-
cos habentes crines. vt patet in ethyopibus.
Est igitur frigiditas in sui dominio in subie-
cto suo manifesta. Nam in illis corporibus
vbi dominatur est color alb⁹ capillus mollis/
et latus intellectus dur⁹ ⁊ obliuiosus/appet-
itus paruus ⁊ somnus multus/incessus gra-
uis ⁊ tardus (vt dicit Eōstan. li. i. c. xvij.) De
autem nō simpliciter sunt intelligēda semp̄ in
omni frigido inesse necessario/ sed in comparatio-
ne ad caliditatis dominantis complexionem/
⁊ in p̄portione regionis calide ad frigidam re-
gionem. talia auctores retulerunt ⁊ in suis scri-
ptis posteris reliquerunt. De autē de pprie-
tibus frigiditatis dicta sufficiāt ad presens/
quia alie patent per oppositum eorum que di-
cta sunt superius de calore.

Siccitas est quedam elemētāris p̄-
prietas passiuā qualitas nūc cali-
ditas nūc frigiditas introduci p̄-
tamen se habet ad calorem q̄ frigiditatem/ cū
siccitas sit liua caloris. Dicitur autem siccitas
quasi sine succo id est humore. quia humor et
siccitas opponuntur cuius effectus principalis
est desiccare sicut humiditatis est humectare.

Secundarios autem effectus habet multos
sicut est inspissare/exasperare/motum retarda-
re/consumere/destruere/mortificare. pprietas
itaq̄ illa que habet desiccare principaliter par-
tes humidās a circūferentia ad centrum retra-
bit ⁊ ne interminabiliter fluxibilitate substan-
tie sue res humida se diffundat quasi obicem
se opponit. hinc videmus q̄ in litto ribus ma-
ris barene siccitas terminum ponit mari. ⁊ vbi
dominat terre naturalis siccitas fluxibiles ma-
ris impetus ulterius procedere non permittit.
sicut expresse dicit grego. super Job. xxxviij.

Quis posuit mari terminum ⁊c. dicit hiero. su-
per Iere. v. idem ibi posuit barenam terminū
mari. ⁊c. Idem enim expresse ponit philoso-
phus. Siccitas igitur que non perfecte termi-
natur in pprio centro est qualitatis humorose
in se male terminabilis/ terminatiua ⁊ sue in-
terminabilitatis finis immobilis. prout patet
ad sensum ⁊ sue fluxibilitatis repercussiuā est i-
parte. vltoraliter in extremitatibus consumpti-
ua. Est itaq̄ siccitas humiditatis contraria tam
in effectu/ q̄ in natura. Accidentaliter tamē po-
tē esse aliquando humectationis inductiuā. nā-

cum sit liua caloris/ excitat ⁊ intendit caloris
motum siue actum que excitatus dissoluit actu
alem vel potentialem q̄ inuenit humiditatem
que quidem dissoluta ⁊ diffusa p̄ membra hu-
miditatem elicit seu humorem. Siccitas etiā
quando dominat q̄ habet motum ad centrum
membra coartat ⁊ p̄stringit. ⁊ sic per p̄stringēdes
educat hūditas q̄ prius fuit p̄ corp⁹ diffusa vñ
vñ corp⁹ humectari q̄ prius siccū fuit. Sic eti-
am videmus in montibus siccis herbas speci-
aliter humidās p̄creari sicut est herba que dicitur
crassula/cinibalaria/vermicularia/ ⁊c. Nec
hoc est mirum. nam siccitas que naturaliter in-
tendit conseruare montē in sua siccitate ⁊ hoc
p̄ suum simile (sicut p̄ siccit⁹) vi actiua ad sui
nutrimētum attrahit siccit⁹. humidum vero ab-
horrens ⁊ fugiens tanq̄ suum cōtrarium de se
repellit vsq̄ ad radices herbarum/ que in sup-
ficie montis tanq̄ supflue ab interiori montis
substantia sunt recte. vnde humorēs sic reiectā
radices attrahunt ⁊ inde nutriūtur herbe ⁊ hu-
mide ⁊ crasse fiūt. Eadem videtur enē ratio cō-
men. super lib. mēbe. vbi dicit q̄ fontes ⁊ flu-
mina nascūtur de montibus. q̄ cum sint mon-
tes cauemosi ⁊ spongiosi ⁊ plurimum etiā cō-
tineant calidi/ sit a montibus magis attractō
⁊ rōne vacui ⁊ etiā rōne calidi aeris interdu-
si. quod igitur attrahitur simile monti in siccitate
sibi incorporatur. quod vero dissimile est (vt po-
te in humiditate) repellitur ⁊ aggregatur in vñ
locis. quod tandem expellitur ⁊ foras p̄ capita
fontium ad flumina p̄ficienda continue deri-
uatur. Siccitas igitur est attractiua sibi neces-
sarioꝝ ⁊ sibi quidem simulum est incorpora-
tiua superfluoꝝ vero aut sibi dissimilium
expulsiuā. Item siccitas est naturaliter attenu-
tiua. q̄ siccitas cōsumit humiditatem quā in-
uenit in subiecto qua p̄sumpta/ sequit̄ extenu-
atio. Item siccitas est substantie induratiua. q̄
p̄sumēdo humiditatem in materia efficit ipsam
duram sicut in luto ē videre/ q̄ siccitum durū
efficit. Item siccitate agente in resubtilem/ vt i-
acream substantiā siue aqueā subtilior efficit
⁊ ranoꝝ. sicut videmus q̄ flāte borea aer desic-
cat ⁊ rarefit ⁊ subtiliat. Item accidentaliter pōt
esse remollitiua. q̄ enim siccitas p̄sumit humi-
ditatem que partiuꝝ est cōglutinatio/ sequitur
p̄ consequēs partium separatio ⁊ mollificatio
sicut est videre in ligno vetustissimo/ cuius humi-
ditate per siccitatem consumpta/ sic molle red-
ditur/ et in puluerem mollem tactu cedentē re-
digitur. Item naturaliter est asperatiua. nam
agenti subiecta i humiditatem quā inuenit/ p̄su-
mit in superficie. ⁊ quam nō potest consumere

Induraterita inducitur quedam in superficie
 Inequalitas ex vacuitate depressa et duritie ele
 uata ex qua fit asperitas que uibil aliud est q̄
 Inequalitas secundum durum corpus. accidē
 taliter tamen quandoq; lenificat sicut quādo
 ex siccitate acuitur calor qui suo accidēte dissol
 uit humores. qui dissoluti et per aliam arteriā
 distillantem eam leniunt et humectant. Item
 siccitas est mor⁹ tardatiua. nā; p̄ dominū
 siccitatis nūmie partes aeree et aquose in tere
 stres inspissantur. et sic substantia grossior effe
 cta et grauior tardior est ad motum. per nūmiā
 enim siccitatem spiritus exinaniantur. quozuz
 multitudine corpus mouebatur uelocius. vñ
 de eorum facta diminutione per siccitatem mo
 uetur difficilius. Tamen est siccitas aliquan
 do accidentaliter motus adiuuatiua. quia siccitas
 faciens motum ad centrum equaliter ducit
 circumferentie partes ad medium et fit partiu⁹
 circumflexio equaliter et rotundatio. vnde qz
 rotundum non habet angulos in quibus p̄ of
 fit impediri uolubilitate sua mobilis reddit
 Præterea siccitas consumendo humiditas sup
 fluitates spiritus subtiliat et depurat et ueloci
 ores reddit eos. nam si a superfluitate debet
 depurari quibus corpus grauabatur ad motum
 habilitat corpus ipsum. Item naturaliter est
 consumptiua. quia per hoc qd̄ cōsumit humo
 res corpus euacuat/et a suo nutrimento de
 pauperat et necessario inanitur. Item natura
 liter est destructiua/qz dum humiditatem sub
 stantialem que materialiter subiectum nutrit et
 partes rei copulat pariter destruit et consumit.
 causa est qz res aiata uel inaninata destruitur
 et dissoluitur. Item animata corpora spiritua
 liter destruit. quia spiritus naturales qui con
 stant ex fumo humido dissoluit quando illam
 humiditatem consumit. vnde deficiente mate
 teria et spiritu. corpus necessario mortificatur
 vnde pessima est qualitas et mortificatiua dū
 excedit. Humificat tamen accidentaliter. nam
 humores quandoq; reumantantes ad spiritus
 alia et meatus spiritus opilantes qui parati
 sunt superinducere suffocationem. siccitas su
 perueniens uel medicina sicca agens in illos
 humores consumit eos/et spiritui uias ape
 rit. vnderet quasi prius mortue sequitur uiui
 ficatio. Quāuis igitur siccitas sit necessaria in
 omni corpore elementato ad superfluitatū hu
 mide cōsumptionē/et ipsius humiditatis coar
 tationem. insuper ad ipsius caloris remissi ex
 eratationem. mortifera tamen est qualitas et
 pessima quando debitam excedit in corporib⁹
 proportionem. Nam pessimas infirmitates so

let in corporibus iduere ac noānas ut p̄ssim
 et ethicam et huiusmodi quibus vix p̄t medi
 cine beneficio subueniri. Insuper per nūmiē
 talis humoris consumptionez corpus excecatur
 et exsiccat cutis superficies. contrahit et corrigat
 senium accelerat. corpus superficialiter discolo
 rat et deformat. sitim immoderatam prouocat
 arterias exasperat et uocem impedit et rarefacit
 caput a capillis spoliatur et decaluat/articulos
 manuum et pedum contrahit et iuuuat. ut ē
 videre in leprosis. Sed hec dicta de siccitatis
 effectibus nunc sufficiant.

Humiditas est elementaris passiuā
 b qualitas actiuarū qualitatum im
 pressionibus obediens et sub dita
 actionū caliditatis et frigiditatis susceptiua.

Est autem humiditas omnium corporum et
 precipue aiuatoruz nutritiua/augmentatiua
 p̄seruatiua/de preditorum in corpore restaurati
 ua. Nam humore et calore omnia generant. ut
 dicit philosophus. et generata nutriunt. ut est
 videre in radicib⁹ et semib⁹. Nam granuz ter
 re p̄missum primo oportet p̄fundi humiditate
 aquea et aerea et per indusum calorem natura
 lem rancificari et dilatari/et tandem actione ca
 loris humiditas resoluta grossiorem sui p̄tem
 et terefiozem terre inferius transmittit. quam
 quidem terra in suis recipit uisceribus et calore
 induso coagulat et in radicis substantiaz p̄ cō
 mitionem humidi et siccū cōuertit. humiditas
 autem illa radicalis derelicta et in radice sic p̄
 creata. humorem quem inuenit in terra sibi si
 milem rōne similitudinis et in uia attractiua i
 tredusi caloris sibi attrahit/et attractum quan
 tum (sibi sufficit) in sui nutrimentum conuertit.
 quod aut sibi nō est necessarium/ p̄ calorem il
 lam humiditatem dissoluetem et subtilitatem
 ipsam superius trāsmittit. et primo in substan
 tiam germinis. deinde in substantiam stipitis/
 ultimo in substantiam floris/fructus/et frondis
 sic trāsmittam coagulat et cōuertit. Quia igitur
 humiditas omnium illorum que uegetan
 tur nutrimentum est et materia/manifestum est
 qd̄ omnium uegetabilium est nutritiua/et per sui
 diffusionem et incorporationem in latū et in lon
 gum/in altum et in spissum augmentatiua.

Item humiditas depditor in corporibus uege
 tabilibus et aiatis est restauratiua. nam per ca
 lorem agentem cōtinue intrinsecus et extrinsec
 corpa cōsumunt et cito perirent nisi p̄ restaura
 tionem humidi reparerentur. et ideo necessaria fu
 it continua humiditatis attractio/ ut continua
 fieret deperditi reparatio/et p̄ consequens subie
 cti restauratio uel conseruatio. Est præterea

humiditas inferiorum conseruatiua. nam ex aggregatione radiorum continua in aere et in terra tanta fieret caloris generatio / et siccitatis i ductio quod aer inflamaretur / et terre superficies comburere / nisi virtus caloris aciuu per aeris et aque humiditatem actioni eius resistentem portionem debitam ad temperie reducere tur. et ideo ut dicit macro.) Pposuit deus fontem caloris fontem totius humiditatis ut per humoris presentiam colorum oppositam eius violentiam repemeretur / et sic mundi machina in esse debito conseruaret / alioquin a calore nimio subito solueretur. Item humiditas partium terre coniunctiua tante enim siccitatis est terra quod nisi humiditate aque humectaret / quolibet particula ab alia dissolueretur. et ideo fecit natura spongiosos montes et tertam cauemosam in multis locis et porosam. ut sic fieret ratione vacui aeris et aque fortis attractio ad adiuuandum siccitatis mitigationem / partium terre separabiliu unionem. Unde quod facit sanguis currens per venas in corpore / idem facit humiditas in venis terre. rigat enim terre siccitatem et eam disponit et habilitat ad fecunditatem. Dabet autem humiditas quosdam proprietates et effectus primas et naturales. quasdam vero secundarias et quodammodo casuales. sicut et alie qualitates. Est enim humiditas naturaliter labilis et fluxibilis male se terminabilis. sed tamen sistit termino alieno ut dicit philosophus.) A centro enim ad circumferentiam est motiua. unde et se diffundendo subiectum suum totaliter defluendo dissolueret / si ei aliquid non obssisteret quod eius fluxibilitatem per reductionem partium ad centrum terminaret. unde videmus fluxum maris per harenam siccitatem in maris litioribus a suo confluxu compesa et in se quodammodo reuocari. Item naturaliter molliuina est. partes enim materie duras et opacas per sui subtractionem et diffusionem relaxat et rarefacit et remollit. Est tamen induratiua accidentaliter. sicut videmus in gibbis et etiam in apostematibus quibusdam in quibus confluit humores frigidi / et ex frigidityte partes humiditas ad centrum repercutiente et condensante indurant / et insidiosum. id est duriciam sepius commutatur. Item etiam contingit ex nimio calore partes liquidiores consumente quibus consumptis partes grossiores punguntur piter et indurant. Item naturaliter est mundificatiua. nam sua remolitione et partium per quas diffunditur ab unice laxatione partes fordidas diuidit et diuisas lubrificando remouet et abstergit. ut patet maxime in ipsa. aqua que substantialiter humectat et maxime est fordidum purgatiua. 2 hoc maxime si substantiali

humiditati caliditas cooperetur. ut patet in mico et fursure in radice blonie et etiam in sapore et in medulla fabe et in consimilibus que omnia sordes faciei et totius corporis mundificant et depurant. Item quia de se motus habet a centro siue medio ad extrema / cum ille motus ex se non sit fortis multus / sed respectu caloris sit obtusus. Est siquidem sui in latum principaliter diffusiuus. in altum vero sine calore non est multum quantum est de se extensiuus. Sed quoad calor in ipsa dominatur / et in ipsam obediante materia humida opatur. tunc in omnem partem sed maxime in altum et longum vi caloris sursum eleuante et usque ad extremitates diffundente erigitur et prelat. Corpora vero in quibus predominat calor et humor temperatus naturaliter et generaliter sunt altiora a longiora et etiam graciliora quam illa in quibus existente humiditate multa et dominante calore pno et remissius operante causa contraria inuenit. et ideo homines calidi ut colerici obediante humore substantiali caloris actioni sunt alij. s. flegmaticis longiores et in omnibus extremitatibus corporis (alijs partibus et circumstantijs concurrentibus binde equaliter in gracilitate et longitudie aptiores. vbi autem est calor multus et humor multus non tamen actioni ignee virtutis superfluus aut diminutus / sed congruus et mensuratus / corpora in omni dimensione sunt magna lata / et longa. Alta enim sunt propter calorem subtiliores partes humiditatis ad summitatem deferentem. Lata autem sunt et spissa propter virtutem caloris partes grossiores humiditatis ad singulas partes inferiores secundum sui erigentiam vnde diffundentem / et partem partem congruentiam nature adunatem. Item humiditas est naturaliter lenificatiua. nam sui circumfusione per extrema rei omnes partes vacuas replenda ad equalitatem producit / et sic rei superficiem complanando et adequando eam leuem facit. Accidentaliter tamen quando et erasperat. sicut aut quando aliquo casu simul calidi et frigidi humores ad aliquem locum confluunt et concurrunt. calidi quidem in communi superficie rei eleuant / frigidi quoque deprimunt. et sic ex contrarijs humoribus contrarietas et inequalitas asperitate quadam corporis in superficie generatur. Item humiditas si fuerit secundum nature erigentiam in corpore commensurata / omnium actionum anime et corporis est adiuuatiua. Nam ex humoribus spiritus regitui generantur et in esse conseruantur spirituum quoque virtutes suos effectus in singulis organis corporis sensitibus et motiuis per humorum ministerium operantur. ut patet in

virtute visiva/que mediante humore cristalli
no visum in oculo operatur. similiter virt^{us} gu
stativa nunq̄ sine humore salivali inter sapo
res discernere arbitrat^{ur}. et sic de alijs. Nam hu
miditate substantiali destructa in corpore vel corru
pta/tota anime actio p̄ter erit impedita. Si n.
fuerit in toto corpore vel in aliqua parte corpo
ris superfluitas humida sic abundas q̄ no pos
sit regi a natura/principius est et materia putre
factionis/et generat in corpore gravissimas passi
ones. ut patet in apoplexia in qua supflua hu
miditas sic occupat omnes ventriculos cere
bri q̄ no permittit per nervos sensibiles sp̄i
tum animale ad sensificandum corpus et mo
vendum deferentes animi in corpore suas per
agere actiões imo aufert corpi subitō sensus at
q̄ motum et tandē in dudit suffocationem atq̄
mortē. sicut dicit galie. in cōmen. super amplo
ris. exponēs illud verbum hypocratis. Solue
re apoplexiam fortē impossibile est. debiles ve
ro no facile et. Phlegmatica enim humiditas oc
cupans totā cerebri regione opilat meat^{us} ner
uorum. unde no pōt deferi sp̄s animalis ad i
feriora immo in tercludit anhelitus et vita finit^{ur}.
Dec a sit humiditas peccat quādo q̄ i quā
titate qua n̄ doq̄ in qualitate. et becaliquādo
a causa intrinseca aliquādo ab extrinseca fiat.
a mala complexionē q̄ nociva humiditas ra
dicatur in membris et no potest a calore natu
rali dissolvi et p̄sumi nec a sua malicia immuta
ri. Talis itaq̄ humiditas in diversis locis cor
poris diversas induat infirmitates. Ut patet
in epilepsia quādo p̄cedit ex vitio capitis. et in
hydropisi quādo ex mala cōplexione generat^{ur}
epans. Item a causa extrinseca sicut a rebus
que a ioh. et galie. vocantur res no naturales q̄
les sunt aer/cibus/et potus. sompnus et vigi
lie. inanitio/et repletio. exercitium atq̄ quies.
Dec enim omnia si fuerint assumpta feciduz epi
gentiam nature humiditatem substantialem ge
nerant ac conservant et p̄ditam reparāt et restau
rant. Si vero cōtrario modo sumpta fuerint
contrarium effectum habēt. nam humiditatem
in naturalē generāt et augmentāt et naturalem
corumpūt/alterant/et mutant. ut patet. Nā
ut dicit galie. in amphorif. hypocratis p̄cula
iij. sup locum illuz. Immutationes temporū
maxime generāt morbos et. Tempora (mqt)
anni no sunt causa morbi/ sed mutationes co
plexiōis ipsius t̄pis quādo .s. completio aeris
que deberet congruere tempore in oppositam
commutatur sicut quando complexio veris de
beret esse calida et humida efficitur sicut in au
tūno frigida atq̄ secca et cōverso. et sic de alijs

Nam si fuerit venialis generaliter frigidus et sic
cus. et p̄cessit aer in hyeme quasi venialis .s.
calidus et humidus/necesse est multos in vere
egrotare/et etiam mulieres p̄turas occasione
facili abortire. et hec est rō galie. quam assignat
q̄ ex humiditate et caliditate hiemis p̄ceden
tis multa fiebat humiditatis in corporib^{us} ge
neratio et flegmatis coadunatio. Ver vero in
inido veris si fuerit frigidus et sic/ claudit po
ros et no sinit fumos exalare. unde retento calo
re/dissolvit humiditatem illam supflūā in hie
me generatā. et cū calor sit debilis et non possit
eam p̄fecte digerere nec ex toto consumere trās
mittit eam sic indigestam nūc ad superiora mē
bra/et nunc ad inferiora vbi coadunatā sic cau
sa est diversaruz passionū. ut si ascendat ad ca
put/pōt eē causa reumatis et catarr. si vero ad
intestina/et fuerit flegma salsum mortificando
intestina/inducit differentiam et sic de alijs.

Illā eadem ratio potest esse abortus in mulie
ribus. quia humiditas illa defluens ad matri
cem aggruat illam et remolliendo retinacula
fetus ac relaxando est causa abortiendi. Aliaz
autem causam ibi assignat avicē. Et sic de alijs
passionibus aeris et temporis intelligendum
est q̄ mutat būditatis q̄litatez vel calore imo
derato nimis dissolvendo vel nimis consumē
do/sive calore remisso superfluitates eius non
enacūdo. et sic intelligenduz est de aere nimis
frigido poros claudere/humoresq̄ plus de
bitō constringente. Sed de aere frigido ad p̄
sens hec dicta sufficiant.

Ex cibo vero et potu patet. Nam p
debiti nutrimenti cibi salicet et pot^{us}
subtractionē humiditas subtrahit^{ur}
et calor inducta siccitate intensior efficitur non
inveniens in quid agat ad substantialem hū
ditatem se convertit in quam agendo ipsam ni
mis attenuat vel consumit. Et cōtrario si cib^{us}
vel potus fuerit immoderatus/humiditas ni
mis invenitur/et calor naturalis debilitatur.
q̄ non sufficit ad digerendum facit tamē calor
quod potest. Nam aliquid resolvit ex illo sup
fluo cibo sumpto. Illud autem resolutum atq̄
sit fumositas grossa et indigesta/perit cerebruz
et patens eius mungas seu tumulas graui
ter eas ledit et aliquando emigranam vel ali
am capitis passionem pessimam exat et indu
cit. Aliquaudo etiam radices nervorum sensi
bilibium fumositas maliciosa tangit/et suo ac
mine siue fumositate ad intima ipsoruz nervo
rum penetrans spiritum animale ibi existen
tem impedit atq̄ ledit. unde et substantiam/et
rōnis vsum perturbat/et linguam rationis in

De quali. et humo

 moris et quo generantur quoniam si fuerit humor fu-
 mosus calidus et siccus erunt pili barbe sicut et
 capilli crispi in se reflexi et inuoluti. et hoc acci-
 dit que per duas vadunt vias contrarias. quia
 pars terrestris mouetur ad partes inferiores ca-
 lor mouetur ad superiores et sic inuoluntur pi-
 li et erunt pili crispi propter debilitatem suam. et
 hoc accidit propter paucitatem humiditatis et
 multitudinem partis terrestris. unde et in celo

De partibus humani corporis

calore coniugantur et inuoluuntur. Si vero fuerit vapor multum humidus/erunt pili leues et longi. Nam humor cum lubricando donec pueniat ad pilos. et propter hoc pili et barbe eorum qui morantur in frangia sunt leues. nam eorum completio est humiditas et aer continens eos est humidus. Contrario autem accidit in hominibus cerebrum sicum habentibus et habitantibus in regionibus calidis propter siccitatem aeris continentis. Item idem ibidem. alteratur color pilorum barbe secundum etatis varietatem. et ideo canescit barba in senectute propter debilitatem caloris et abundantiam frigiditatis. Defluunt autem quandoque pili barbe propter calorem et humoris interceptionem. ut in castris quandoque et corruptione humoris. ut patet in leprosis. Nam sicut dicitur idem aristoteli. casus pilorum similis est flurui foliorum arborum et causa istius est diminutio humoris calidi et pinguis. et ideo non fluunt folia arborum in quibus est humor pinguis (butis aristoteli. lib. xix.

Mandibule a manducando sunt dicuntur ut dicitur Iphidoro. lib. xi. Mandibularum autem quedam est superior in qua dentes superiores infiguntur. quedam vero inferior in qua dentes inferiores radicanter. Et est proprium mandibule superioris quod in omni animali fixa est et immobilis excepto concada. i. cocodrillo/qui mouet mandibulam superiorem contra naturam omnium animalium/et fixam et immobilem tenet inferiores (ut dicitur aristoteli. li. iij.) Sunt autem mandibule et ossibus diuicis et etiam duris compositae nervis et lacertis varijs conere. et hoc fuit necessarium propter motus continuitatem et apertionem et clausuram necessitatem ut dicitur constantino. Sunt enim quasi due mole continentes ad coherendum abum et molidum se mouentes. unde toti corpori nutrimentum mandibule subministrant. Mandibule autem quibusdam partibus carnosas et nervos quae ginguae dicuntur circumdantur undique et velantur. et hoc propter fortiorum dentium in maxillarum fundamentis radicationem/et propter nutrimenti nervis dentium administrationem et frigiditatis moderationem. Et dicuntur ginguae (ut dicitur Iphidoro.) a dentibus gignendis/quare in eis dentes gignuntur: et nuntiantur. facte enim sunt ad decorem dentium pariter et necessitatem ne nudi potius horrore existerent quam decori. Pelluculis labiorum circumdantur quod fecit natura ut tam dentes quam maxillas non solum intrinsicis iunarentur/verum etiam a lesione extrinseca defenserent. contingit autem ginguas corrumpi in animalibus aliquando ex negligentia/et quandoque ex putridis humoribus

infectis et corrumpi et tunc diuersas inferunt molestias et passiones ut fetorem dentium casus vel relaxationem.

Labia sunt Iphidoro. a labendo sunt dicta quod autem superius est labium est. inferius labrum. Sunt autem labia necessaria secundum constantinum. quare dentes muniantur atque teguntur. Sunt etiam nervosa ex diuersis lacertis composita/ut sic ad sensum et motum essent habiliora. Nam ad vocis formationem necessario se aperunt uel claudunt. quare illis abactis vel per aliquam opilationem vel contractionem aliquam impeditis verba perfecta non possunt formari. Item labia mollia sunt et carnosissima. et hoc duritiae dentium tempamētum fuit necessarium. Dentes igitur et eorum nervis cum ex natura sunt frigidissimi ledentur aeri frigido exponiti si non labiorum tegimine tuerentur. Item labiorum extrema sunt rubicunda. quod accidit secundum constantinum. propter autem labiorum subtilitatem/que de facili a calore sanguineo recipit quodammodo roseam qualitatem. unde rubedo labiorum signum est puritatis completionabilis et impmixtionis turbati sanguinis et interterioris virtutis. sicut e conuerso labiorum liuiditas signum est defecationis virtutis et caloris naturae. Item labia tenua sunt in substantia et subtilia ut sunt subtiliora ad motum et habiliora ad aerem nutriendum et intercedendum ne subito extractus interioribus sua frigiditate inferat lesionem. et ideo labia aeri frigido se opponunt et ipsum recipiendo depuratum reddunt ut sua uis et ualens ad interiora attrahantur. haec omnia secundum constantinum. Consimiles proprietates uariat aristoteli. lib. xij. circa finem ubi dicit. Labia hominis mollia sunt et carnosissima et separari possunt propter salutem et custodiam dentium/et ut conueniant ad exitum sermonis. unde et labia duplicem habent usum sicut et lingua. cuius creatio est ad gustandum humidum et ad sermonem proficiendum. sicut idem expresse dicit aristoteli. et ideo oportet quod labia sint humida. quare si creatio linguae non esset talis dispositionis ad labia non possit lingua pertingere ad dicendos multos modos litterarum/quare quid daret eis dicuntur per percussorem linguae et etiam per coniunctionem labiorum. Et ideo necessaria fuit labiorum creatio/ ut optima esset nature operatio. et propter hoc fuit caro hominis mollis valde. quoniam homo est boni sensus tactus. scilicet et gustus magis quam alia animalia (haec omnia aristoteli. lib. xij.) Recollige igitur quia labia sunt quedam tegmina dentium cultiditima/ mollicie sua duritiae dentium tempamētum/ vocis articulare et litteralis formatiua aeris

frigidi vel calidi interceptiva sua rubicunditate vel liuiditate defectus vel vigoris designativa virtutis interpretatiue ppria organa passivum anime. s. odij et amicitie doloris tristitie et pressiva. unde dicitur quod tremor labiorum in frenesi et acutis morbis mortem pretendit (ut dicitur in pnoctis) Et hec de labijs sufficiant.

Enum est dicitur quasi mandibularum fundamentum eo quod inde oriatur (ut dicitur Isido.) menti autem ut dicitur constan. duo sunt ossa et ipsa innata sunt in medio ubi dentes subtiliores firmanter quadrupliat et pares. Horum ossium extremitas duas habet furculas. una est acuta cuius acumen quoddam ligamen inseritur quod a latere tympanorum prenditur. per quod et hinc clauditur et aperitur. Altera vero furcula grossa est et rotunda cuius rotunditate mentum fit molle. ut dicitur constan. quia hoc membrum fuit necessarium propter originem mandibularum et dentium inferiorum radicationem et propter voluntariam aeris clausuram et apertionem fuit etiam conveniens propter faciei complexionem et perfectionem ipsius vultus consummationem. quod si fuerit proportionata fronti totum honestat faciem et decorat. (bec omnia dicitur constan.) In mento autem animalis maxima est fortitudo propter ossis duriem et veniorum copagationem et propter fortitatem dentium radicationem. et ideo bruta animalia se tangi per mentum de facili non permittunt. nam mento contracto tota eorum ferocitas quasi armis perditis enervatur. (ut patet. i. Regum. xii) ubi dicitur. Confregit dauid mentum vrsi et eruit ovem de ore eius etc. hominis vero mentum per tractum amoris et fidei iudicium est. ii. Re. xvi. Venitio ab mentum amale quasi deosculas eum.

Oss est dicitur eo quod per ipsius quasi pro ostium cibos immittit et spiritum foris eijam. vel quia eo quasi de ostio sermones egrediuntur. ut dicitur Isido. Os etiam ut dicitur idem anime nuncius est quia illud ore exprimitur quod prius in mente concepitur. Est autem (ut dicitur grego.) multis circiseptum a stodijs. s. dentibus et labijs ut tot intermedijs mens prius discernat quod proferat siue dicat ut per os verbum transcat per lumen quod per linguam. fuit autem oris nutrimentum necessarium (sicut constan.) propter nutrimenti susceptionem. nullam enim membrum in animali nutrit nisi in ore nutrimentum prius recipiatur. Os enim primo cibum recipit et mastucando et imutando aptius digestio in stomacho transmittit. et propter hoc natura fecit os humidum intrinsecus ut ubi siccitas eius

humiditate facilius imutetur. fecit etiam os nervosum et medio ceteri duri et concavum/nervosum ut saporitas ubi facilius sentiret. durum/ne ubi asperitate lederetur. nec tamen nimis durum est sed medio ceteri/ne nimia duricia sensualitas gustus impediret. concavum autem et rotundum fuit intrinsecum/ut abus assumptus hinc inde facilius moveret. et per dentes sine impedimento spiritus transduceretur. Item necessarium est os propter aeris et spiritus attractionem. aer enim attractus per os ipsius concavitate imutatur/depuratur et subtiliatur. et sic ad cordis refrigerationem per canalem pulmonis transmittit. sine cuius refrigerio cor pro nimio caloris incendio veretur et destrueret. Item necessarium est propter vocis informationem. ad hoc enim est palatum oris concavum ut plectrum lingue facilius moveretur et ad vocem formandam expedite elevaretur et deprimere. Item vale est ad grossam supfluitatum a cerebro et pulmone venientium aerem electionem. quibus per ostium oris ceteris vitalis spiritus in corde et animalis in cerebro suas complet actiones expeditur. Item vale est propter membrorum nutritivum a supfluis ex operationem. quando ergo stomachus crudis humoribus oneratur natura per vim expulsiuam operante per oris officium expurgatur. sicut dicitur constan. et galie. super illud amphorif. In vomibus et purgationibus que sponte fiunt si quia ha oportet fieri. confert et bene ferunt si vero non contrarium. Patitur autem os (ut dicitur constan. in viatico) quandoque ex alijs membris sibi vicinis infirmantibus. patitur autem pustulas vlcera et hmoi. ex corruptis humoribus alijs de ad buccam defluentibus. si rubeat ita quod nigredini attineat et caleat/doleat aut ardeat. materia sanguinea est et colerica. Si vero multum nesciat tanto molestius et timidius ne forsitan ad cancerum deveniat/accidunt autem vlcera in ore lactentium puulorum puenientia ex acimine lactis et eius corruptione. (bucausque constan. in viatico particula. ij.)

Ontes sicut grecos dicitur dentes quasi omnia apposita dividentes et incidentes ut dicitur Isido. Et sunt dentes secundum constan. quedam plantaria in ossibus maxillarum et menti quibusdam radicibus inserti. Et sunt in manibus secundum constan. xxx. xvi. in maxillaribus sunt positi quorum quatuor in anteriori parte pares vocantur et quadrupli. et bi lateri sunt et acuti massores vel precissores a medicis nuncupantur/ ad incisores amulibet ubi sunt apti. et quicquid ab eis

De partibus humani corporis.

accipitur in ore / contenti & mordetur. Sunt ite-
rum & duo qui canini sunt dicti collaterales qua-
druplis in summitate acuti / duris cibus como-
lendis apti. Et dicuntur (secundum Iulio.) cani-
ni / quia ad similitudinem caninorum consistunt &
canes per ipsa ossa rodunt. praecursoribus enim
dentibus sunt fortiores / acutiores / longiores
& rotundiores. & ideo a quibusdam colla puel-
le vocantur. & quod priores praeciderent non pos-
sunt / istis tanquam fortioribus ad constringendum
tradunt. Sunt & decem alij ex utraque parte superio-
ris mandibule qui in collaterales quadruplis
bi sunt lati atque grossi. hi molares sunt vocati &
ad molendum bene sunt apti. nam que coccisa
& contracta sunt / a prioribus more mole subeunt
ut dicit Iulio. Sunt igitur in superiori mandibu-
la. xvi. dentes. scilicet quatuor quadrupli & pares
& duo canini / & decem molares. Et tunc etiam
dentes numero collocantur in inferiori mandi-
bula seu in mento. Dentes igitur quantum ad
suum numerum & officium quadrupharie dividuntur.
Quidam enim sunt incisivi. & hi sunt qua-
tuor / duo superiores / & duo inferiores / qui pri-
mo aspectu se offerunt / quidam vero sunt pa-
res. & hi sunt quatuor. duo superiores & duo in-
feriores qui alterutrum iuxta incisivos positi
mutuo se contingunt. Quidam vero dicuntur
collaterales seu canini. & hi quatuor sunt duo su-
periores & duo inferiores se mutuo collidentes
Quidam vero sunt molares. & hi. x. scilicet superius
& tunc inferioribus mutuo se tangentibus & que
ad alijs inchoata sunt quasi mole continue con-
tidentes. hi omnes sunt mandibulis radicari et
quodammodo furcati sed diversimode. quia ante-
riores. scilicet in quadrupli & pares unam habent furca-
lam seu radicem. canini vero molares tres vel
quatuor habere dicuntur ut dicit constantinus. Dentium
quoque numerum discernit qualitas sexuum
nam in viris plures / in feminis pauciores in-
veniuntur. ut dicit constantinus. & Iulio. Distinguntur
& etiam dentes secundum praesens etatis. quo-
niam sicut dicit aristoteles. li. ij. quod dentes senum gene-
raliter sunt nigri non acuti ut patet in canibus
quorum etas per dentes noscuntur. quod dentes iu-
venum sunt albi & acuti / senum vero contrarium.
Excipit tamen aristoteles. ibidem ab hac generalita-
te dentes equorum quos dicit habere prius
quod precedente etate magis albescunt. Dicitur etiam
ibidem. oportet utique scire quod animalia que sunt
multorum dentium coniutorum sunt vite longio-
ris. que vero paucorum sunt dentium & separatim
sunt vite brevioris. Item dicitur ibidem. Di-
vine animal quadrupes generas animal simile si-
bi habet dentes. Item homo efficit dentes in

iuventute anteriores non molares. & hoc contin-
git forsitan propter furculam & radicem debilita-
tem. Molares autem non efficit propter causam con-
trariam. Et est generale in alijs animalibus que
non efficiunt aliquem dentem priusquam alter sibi si-
milis in loco oria tur primitus. Item aristoteles. li.
xij. Dicitur aial carnis dentibus in superiori ma-
dibula est sicca & terrestris nature. Dicitur ani-
mal habens dentes in utraque mandibula est pin-
guedini simile. Item idem lib. xij. Natura
non facit nisi quod melius & perfectius est. & ideo
necesse est ex materia partis terrestris deducere
quibusdam animalibus ad partem superiorem. scilicet
in dentes & culmos prominentes in quibusdam
in cornua. & propter hoc non potest habere dentes
in utraque mandibula animal habens cornua.
Item idem lib. xvi. Dentes solummodo inter alia
ossa crescunt dum remanet animal. & hoc est ma-
nifestum in dentibus super crescentibus & dedi-
nantibus a locis suis coningentibus se invicem
Et causa crenata illorum propter operationem eo-
rum si enim non crescerent / consumerentur cito et
propter hoc tenentur cito. dentes animalium come-
dentium multum / & carentium dentium magnis. &
propter hoc ingeminata est natura & aggregavit
dentes ad invicem propter senectutem & finem.
alter si vita duraret per millenarium semper den-
tes plures essent quam in prima creatione. Item
dicit ibidem lib. ij. Dentes qui oriuntur inter gin-
guam non oriuntur in viris / multum nisi
post. x. annos. & forte in quibusdam mulieribus
post. lx. & origo eorum erit cum maximo do-
lore. Item idem lib. xij. Dentes acuti oriuntur an-
te latos. quam dentibus acutis indiget ad abscis-
sionem ab ipso prius. quia prius est abscondere quam mo-
lere. ideo etiam citius crescunt. quia minores sunt
quia origo minoris rei est ex calore ante origine
rei maioris. Item calor lactis facit oriri dentes
cito. & propter hoc est quod pueri lactantes lac calidi-
us / nascuntur in eis dentes citi. Item de ibidem e-
antiores nascuntur osse tenui & debili. & propter
hoc sunt velocis casus. (hinc Aristoteles.) Ad
hoc constantinus. in viati. p. i. i. j. Dentium magnam
est iuvamentum & cum iuramento magnam corporis
ornamentum ipsorum in quantum non patitur
quia in patientibus actio corrumpitur. quorum
passio diversa est / cuius diversitatis pars est vi-
sui manifesta. sicut putredines fetores / ruptu-
re / perforationes / motiones / casus / limositates
& similia. Pars vero non apparens est & occul-
ta. sicut quando dentes nimium dolent / & tamen
exterius sani apparent. Causa autem talis
doloris sunt humores a capite descendentes
vel a stomacho mediante similitate ascendentes

vel humoris acuti in gingiuis. & tunc dolores nimij cum salu & pulsu sentiuntur ppter malitiam humoru & acumen. Si vero dolor est a capite/ grauitas sentitur in capite / & dolor in facie rubro ex sanguine vel colera ad radices dentiu descendete. Si vero fuerit a stomacho/ dolor sentitur in stomacho & assidua eructatio egreditur & erupitur dentes & aliquando perforant/ aliquando rumpuntur aliquando ex vermib? in citrinum/ viridem/ vel nigrum colorem mutant. que omnia ex corruptis & pessimis humoribus ex malis abis per nervos ad ligamentu dentium descendentib? accidere diuiscuntur. Dentes etiam aliquando mouent. & causa motus huius res sunt in dentium radicibus. qd si acuti sunt/ necesse est in dentibus & foramina effici/ & fetores ac putredines generari. qd si venes fuerint in causa/ dolor maximus gignitur. qd ad nervu sensibilem corrodedo penetratur/ obstupescit etiam dentes & exacerbant ex humore acido intus vel extra nervos sensibiles inficiente. dormitare etiam videntur ex causa nimis frigida/ sicut ex nive vel glacie nervos dentium ostringente. Item dentes quandoq; cadunt ex nimia humiditate ligamenta dentium relaxante. quadoq; ex nimia siccitate. vt patet in senibus quorum dentes ppter subtractionem humiditatis nutritibilis dilabuntur. Has & multas alias recitat costan. dentium passiones. sed he sufficiant. Recollige igitur ex predictis quare dentes in mandibulis tanquam in fundamentis ppter radiceatur ex frigiditate dominante albiores ceteris ossibus efficiuntur ppter sui duriciaz de facili no leduntur. substantia enim dentiu est ex se impassibilis cu non sit sensibilis (vt dicit costan.) Unde dens ruptus nullum dolorem patitur. dicitur tamen pati dolorem ppter nervum sensibilem qui in eius radicibus sepe leditur & granatur. Dentes enim in intus nervis colligantur. terminos carnis dentes exceduntur/ & tamen in carne radicanur nisi intra se nec in se partitur. clausi sut labijs ne videantur. Indecens est enim cum apparent nisi forsitan ppter nisa. Item superiores ad inferiores reuertuntur. & si ibi inuicem mutuo coaptantur. & si inferiores aliquando moueantur superiores tamen infixi & immobiles reperiuntur ordinate autem ad inuicem componuntur ad informationem articulare vocis maxime cooperantur/ toti corpori obsequuntur.

lingua a lingen do abum est dicta
 vel quia per eam articularis sonus
 verba ligat. Sicut enim plecurum
 cordi alliditur. sic lingua dentib?. vt dicit Jfi.

Est autem lingua instrumentum gustus / & locutionis (vt dicit costan.) & componitur de substantia siue de molli carne porosa & spogiosa & nervosa. Est aut nervosa ppter sensum & motum. porosa vt facilius sapor penetret ad nervu facientem gustum. ad quam veniunt multe vene sanguine plene. vnde rubicunda est in colore. hec eisdem operatur panniculis/ quibus spacium bucce & palatum induitur & vestitur. a superiori parte patet tota. ab inferiori autem parte patet vsq; ad ligamenta quibus merito est conueta. vnde radices lingue & sensibiles nervi/ quibus recipit sensum & motum a spiritibus sunt occulti. In quibusdam autem hominibus (vt dicit costan.) contrahit lingua plus qd oportet intantum qd nec in diuersas partes mouetur. vnde oportet incidere ligamenta. vt si motus per totum bucce spacium ampliet. Passiones enim multa accidunt lingue in substantia ipsius vel in nervis ad eam venientibus. (vnde in viatico costan.) lingua animalis pdit motum voluntarium/ vnde & vsu amittit sermonis. cuius causa est ex defectu virtutis motiue ex cerebro veniente vel ex nervo opilato per quem vitio transit animalis. aliquando ex apostemate vel ex pustulis in lingua accidentibus. aliquando sunt ppta vitia in substantia lingue sicut opilatio mala ex qua est sensibilis distempantia ex nimio calore vel frigiditate/ vel humiditate/ vel siccitate/ vel apostema/ vel tumor/ & similia. qd si lingua videatur nimis tumida excessum caloris designat. si vero alba/ frigiditatem. si vero mollis/ humiditatem. si sicca & aspera/ siccitatem & omnia talia lingue impediunt vsu. vel tollunt in toto/ vel in parte. Si autem lingua sana videatur nullas habens maculas. loquela tamen sic oribata/ ex cerebro est defectus vel ex nervis sensibilibus opilatis. aliquando est perditio loquela ex perditia mente. vt in frenesi vel liturgia (buccisq; costan. in viatico.) Alios designat defectus lingue costan. in panteg. vt dicit. Accidunt pustule late et extente in pelliculis exterioribus lingue. sicut accidit puens malum lac suggestentibus. & sunt quadoq; albi/ quibus nigri coloris. accidit autem apostema lingue eam magnificans/ & ab ore extrinsecus/ & vocatur exitium lingue. Aliud est genus apostematis lingue quod rana vocatur. eo qd sicut rana nasatur sub lingua & aufert vsu lingue/ ita rana muta dicitur ab effectu. Est autem aliud apostema lingue sanguinolentum. vnde tota lingua patitur/ sicut loquela vna cum gustu impeditur ex viscosis enim humoribus in lingua dominantibus sensus gustus corumpitur/ et

De partibus humani corporis.

ita in mutatur vt dulcia amara et insipida iudicentur. et e contrario sicut dicit galie. Item dicit galie. super ampboris. qd accidit lingue balbuces/et nimia humiditate quando lacerti lingue pre nimia humiditate in extremis nequeunt dilatari. sicut est videre in ebriosis/qui balbutiunt quando in cerebro humore nimio perfunduntur. (vnde dicit idem galie.) Naturaliter aurem balbutientes/vel propter nimias cerebri humiditates balbutiunt. vel propter lingue humectationes vel propter vniuersas. Illa etiam superflua humiditas est causa quare aliqui qui efficiuntur trauli qui aliquas litteras profere non possunt vel. l. pro. n. vel. c. pro. t. proferrunt. et hoc in infantibus qui multas litteras corripunt/et eas profere non possunt. De omnia dicit galie. super illum ampboris. hipocratis maxime trauli capiuntur longe quia nimia humiditas talium que est causa traulificationis redeunt ad stomachum et in testina. et se lubricificando inducit dyamam id est fluxum ventris. sicut dicit galie. Item dicit constan. in pateg. qd in lateribus ligamentorum lingue sunt quedam vene que salinam lingue administrant. he ab inicio lingue incipiunt a quibus emanat quedam humectatio flegmatica que saliuua appellatur. vnde ille vene vocantur a medicis saliuuales siue habitatio saliuualis. initium autem lingue/ vnde exiunt he vene est caro glauca et alba ipsius saliuue generatiua que humectat linguam et temperat eorum siccitatem/et auuentat eorum siccitatem. vt post dicitur. Item dicit aristo. li. vi. qd oves habent sub lingua venas albas/et ille faciunt fetus albos. et alique habent nigras et ille faciunt fetus nigros. et alique varias/et ille preant fetus varios etc. Recollige igitur etiam dicit qd lingua est suba carnosam/sanguinea/et porosa influentie spiritus receptiua/in complexione calida et humida/in dispositione tenuis oblonga anteriori parti gladii similis/in cono et colore rubicunda/in loco concauo et humido sita/ad motum facillima/vocatur informatiua/saporu difactiua/per emissionem oris saliuue humectiua/conceptionum anime interpretatiua/dentibus et labijs quasi muro duplici circumcepta/in diuersis animalibus quo ad figuram varia Nam in quibusdam breuis est et grossa/in quibusdam vero e conuerso. qui vero habent linguas grossiores. habent vocem grauiorem et e contra. Quedam etiam animalia habent linguas medicinales et salutiferas. et hoc vel ex nature bonitate/vel ex oculata aliqua proprietate. vt lingua canis vt dicit cassio. Queda autem habent linguas mortiferas propter malignam

et fumositatem humoris in eis dominantis. sicut lingua serpentis/ dracois et rabidicanis cuius morsus summe est venenosus cuius lingua semper apparet extra os et distillat venenum/et infundit aquam in quam cadit. de qua qui biberit efficitur rabiosus vt dicit iuicem. et constan. in tractatu de venenosis animalibus et venenis. vnde etiam serpentum lingue secundum aristo. nigre sunt siue liuide/ siue subrosse et macilose/acute et in motu velocissime. et hoc contingit propter humorem furiosum et venenosum que tam velociter linguam agit/ vt vna numero bifurcari videatur. lingua tamen aspidis quamuis in corpore viuens serpētis plena sit veneno mortifero/ separata tamen a corpore et deficcata venenum perdit. et venenum si presens fuerit/ prodit vnde in presentia veneni in sudorem proripere consuevit. vnde talis lingua velut vnus et proficua reputatur iter viros regios prece. osa/quis prius fuerit venenosa.

Alia est humor flegmaticus et naturalibus venis lingue generatus vt dicit constan. Est autem saliuua naturaliter humida in colore alba et ex continuitate motus lingue et instrumentorum spiritualium spumosa/in sapore actu in insipida quia potentialiter omnium saporu est se receptiua. Si enim esset alicuius saporis determinata/ non esset alterius susceptiua. Est et (secundum eundem constan.) saliuua inter gustus et eius obiectum media. nihil enim sensu gustus percipitur/ nisi cuius sapor mediante saliuua gustus organo presentatur. vnde ipsa secundum quantitatem saporis rei gustate immutatur. fuit autem necessaria saliuua (vt dicit constan.) ad humectationem oris vt saliuue beneficio irrigaretur. Item propter digestionis preparationem. abus enim siccus in ore assumptus non vtiliter stomacho mitteretur/ nisi saliuua media prius humectatur quia sine saliuue adminiculo res sicca non defacili transglutiretur. Item vnus est ad faciliorem supfluitatem cerebri et pulmonis euacuationem. quia tales emunciones calore vel frigore indurantur aut in siccantur. quia non ita defacili per oris ostium excreantur. nisi primo cum humoris et saliuualis adiutorio lubricando ad exitum pararentur. Item saliuua hominis ieiuni habet quedam vim latentis in sectionis. vnde et sanguinem animalis ledi si mediante aliquo vulnere aliquid sanguinis ad misceatur/ vt dicunt predicti auctores in tractatu de veniens. et hoc forsita uel. (vt dicit auicenna.) ratione euidens. humor enim crudus sanguini perfecte digesto si

suis qualitatibus repugnat/ & suis (vt dicunt auctores) perturbant temperamentū. hoc est etiam quod dicit sancti & habet a plinio q̄ saliuā siue sputum hoīs sciunt interim sepētes / et venenosis animalib⁹ est venenū. sicut dicit basilius sup illud verbum in cramerō. Ipsa contret caput tuū. & tu nisi. cal. eius. Bene. iij.

Item sicut dicit galie. sup amporis. ibi Insa / iei spuro fit p̄stias fluxus. & vbi saliuā tenet nouiuntur &c. Pr̄stias p̄pter vlcus pulmonis sep̄ tussunt / & a supfluitate saniei vlcis spuēdo se exonerant p̄vot possunt. sed tamē mors imminet. quando nō spuunt q̄ recenta intus saliuā cuz sanie vie spūs intenus dauduntur & sic p̄stias suffocari moriunt. Item sicut dicit galie. nisi. inter sputum & saliuā est differentia. Nam saliuā est superfinitas naturalis nutrimentis pectoris / & generat digesta. Sputum vero est illud quod ad pect̄ aduenit fm̄ diuersitatem cursus naturalis / & cursus p̄ter naturam / nec est semper digestū & ideo spurū in acutis febribus & ap̄stematib⁹ / si leuiter fiat cuz signis digestionis & sine tussi laboriosa / fortitudinem signat virtutes / & defectum in morbi. si cur dicitur in p̄noscias. & eōuerso. Unde (fm̄ galie. & alios cōmentatores ibidem) in saliuā siue in spuro considerant tria generaliter. color. odor. & sapor. q̄ si sputum fuerit in colore luidum cordis & spūalium designat lesionem.

Si vero sanguineū cuz sanie admixta / pulmonis designat vlcationem. Si etiam fuit in odore ferdū / interiore signat corruptionem Item si in sapore fuerit amarū vel acidū. humoris corrupti in stomaco & pulmone seu i substantia lingue signat d̄nationem. Item in spuē abūdare signum est flegmaticē cōplexionis vnde & in febribus solent spura abūdare grossa & viscosa fm̄ intensiōz frigiditatis & resolutionem siue dissolutionem humiditatis substantialis.

De est tenuissim⁹ icus pleatro lingue formatus. vt dicit Isido. & priscianus. Organā autē voas siue instrumenta. multa sunt (vt dicit cōstan. s. pulmo arterie / guttur / vuula / os / dentes / labia / atq; lingua. sine enim istoz instrumento vor nō formatur. Et horum quedā sūt voas receptiua. sicut pulmo cum suis receptaculis & cānalibus quedam vero sūt voas ordinatiua. sicut vuula qui voem (fm̄ cōstan.) pulchram reddit & fortem / q̄ ad alia instrumenta se habet p̄portioabiliter. aerē vero introcūtem temperat / & ne nimis impetuose exeat / cohibet & refrenat. a receptione etiam pulueris guttura & artenas p̄hibet &

cōseruat. Quedaz enim sūt voas emissiuā. vt cānales pulmonis & arterie que sūt quasi quedam fistule. que si fuerint leues mūde / & temperate / dulcem ac temperatam & equalē reddūt voem. si vero aspere fuerint & plus debito fuerint laie & stricte aut distorte nimis grauem vel extrē dissonam aut inequalem emittūt voem. Ad formationem igitur voas aer in folliculo pulmonis recipit / & per ordinatum arteriarū motum per os emittit. vnde ex veloci aēis cōmōtione & organoz voas extensione son⁹ reddit / qui in ore animalis platus & pleatro lingue formatus / vox sapientib⁹ dicit (buaisq; cōstan. in panteg.) vnde aristo. li. iij. Pulmo est p̄mū voas receptaculum. & ideo omne animal carens pulmone / caret & voce ac loquela. loqui enī ē distinguere voem. vnde animal nō habens linguam absolutam nō habet voem. vt dicit ibidē apes vel mufce carent voce / faciunt t̄m strepitū in volendo / extendendo / & contrahendo alas. per aerem cadentē inter corpus & alas & sic faciunt locuste. & huius pabatio est q̄ nunq̄ faciunt sonum in sedendo / sed tantūmodo in volando. Rana autem habet voem p̄p̄iam & anten⁹ lingue sue applicat ori suo. & quod ex lingue vianat / carne pulmōis absolutam est. & p̄pter hoc habet voem p̄p̄iam & est coar. & nō facit boc nisi ex aqua tantum / & p̄p̄ie masculus tē pere coitus quando damant feminam p̄ voas cognitam. Rana vero multiplicat voem quādo ponit mandibulam inferiorem in aquam & extendit supiorem / & p̄ extensionem duarum mandibularū voas ferat. & p̄pter nimium conatum extensionis lucent earū oculi sicut candelae cantāt & voas ferant plus de nocte q̄ de die. q̄ tunc est sepius coitus earūdem &c. Item ibidē Aues p̄i corporis plus voas ferant & gantūe q̄ magui & maxime tempe coitus. q̄m voas feratio auiū maxime est in illo tempore. Item idēz gallus voas ferat post bellum & victoriam. Item in auib⁹ est q̄ masculus dat voem & nō femina. sicut gallus & mas coturnicium. loqui autēz appropriatur homini. qui autē naturaliter sunt muti / sunt surdi. & habent voem / sed omnino indiffinitam (vt dicit idem.) Item idem i eodem libro. Omnes femine sunt subtiliores voas & acutiores q̄ masculi p̄ter vacam. q̄a vox femine est grossior. Item idem. exitus spermas est in manibus apud alterationem voas & hoc est in termino duorum septenniū. aliquādo tamen atus mutatur vox in quibusdam. & est signatio in omis ad luxuriam. Item idēz qui equi incipiūt coire / erit eorum vox maior. similiter & femine. vox tamen femine dario. Item

ibidem voces masculinorum mutantur quando muti
 lantur. Item dicitur lib. viij. f. voces omnium qua-
 drupedum mutantur efficiunt. sicut voces femi-
 narum quando castrantur (et lib. xij. f. dicitur) Causa
 acuminis et alterationis vocis est secundum alteratio-
 nem etatum. quare vox iuuenum animalium est
 acutior voce senum. et mulierum quam virorum. et vo-
 ces omnium animalium sunt acutiores in iuue-
 nute. Item idem multe femine et multi iuuenum
 vociferant voce acuta. quoniam propter debilitatem
 mouent paucam aerem. et quod est paucam mouet
 velocius et vox est velocius acuta. grauitas autem
 vocis sequitur tarditatem. et aer multus mouet
 tarde. **A**d hanc autem et senes mouent multum ae-
 rem. et ideo sunt grauioris vocis. nervos enim
 et arterias habent fortiores masculi quam femine.
 senes quam paruuli et non castrati quam castrati propter
 debilitatem. ergo nervorum erunt voces castro-
 rum similes vocibus feminarum. bucusque aristoteli.
Non est equalis /dara fortis /flexibilis /infirmitas
 acutum et graue mediocriter est laudabilis. sicut e-
 uerso vox tremula /rauca / et aspera / debilis dis-
 sona / nimis grauis / vel acuta / est vituperabilis
Nam vox vnica dissona et inordinabilis mul-
 tarum confundit vocem harmoniam. vox itaque co-
 sona dulcis et ordinata est lenifica / amoris ex-
 citatiua / passionum anime expressiua / virtutis et
 vigoris organo / spirituum prestantiua / pu-
 ritate et bone dispositionis eorum deest ostensiua
 laboris subleuatiua / redit sui fastidii ablatiua
 etatis et fetus discretiua / preconij et laudis ac-
 cipiendiua / affectionis audientium mutatiua. sicut
Orphoeo dicitur fabulis quod vocis sue modula-
 tione arbores et nemora / montes / et saxa demul-
 cebat. Ita est etiam vox composita nature con-
 sona et amica. quod non solum delectat homines ve-
 rum etiam et bruta animalia / quod patet in bobus
 qui cantu bubula dulci sono potius quam iaculo
 ad laborandum excitantur. volucres etiam in
 vocis modo dulo delectantur in tantum / quod sepe pro
 dulci sonu ad laqueos et pericula abluantur pro-
 uocantur (iuxta illud poeticum) / fustula dulce cantu
 uolucrum dum decipit auceps. Item pro dulces vo-
 ces et cantilenas et harmonias musicas infirmi
 et maniaci et frenetici ad sensum mentis et sanita-
 tem corporis sepius reuocant. unde et constantin. in
 viatico pericula. i. c. de amore qui dicitur heros
 sicut dicit / Dicant alij quod orphoeo dicit. Impa-
 tores ad conuiuia me mutant / ut ex me se dele-
 crent. ego tamen delector ex ipsis quorum ani-
 mos flectere possunt de ira ad mansuetudinem
 de tristitia ad letitiam / de auaritia ad largitatem
 de timore ad audaciam. hec est ordinatio mu-
 sicozum que circa se suauitate esse diuoscitur

et dulci sona et melodia demones aliquando
 coartant et extirpant de corporibus compellunt ut pa-
 ter in saule a quo spiritus dei malus voce dauitica
 recedere cogebatur. ut patet. ij. Regum. xij. f.
Ex quibus omnibus iam patet quod utilis sit io-
 cunda vox atque dulcis. **C**ontrario vero est de
 voce inordinata et horribili. quod non lenificat. sed
 contristat / et aures acumentem grauat. Unde
 constantin. in. c. supra dicto. Interrogatus quidem
 philosophus quare homo horribilis graui-
 or esset quam quodlibet pondus. taliter respon-
 disse fertur. homo inquit horribilis pondus ani-
 mi est et c. hec de voce bona et mala nunc sufficiat
Nam de his que vocem impediunt supra dictum
 est in tractatu de lingua et adhuc dicetur infra.

Ut est extremitas carnalis pul-
 mouis. ut dicit constantin. et est dupli-
 cis inuamenti. **A**d hanc enim et pri-
 mum est. ut aerem attrahat et mutat. secundum
 est ut cibos interius trahat et ut uocem faciat.
 hec carnalis substantia cartilaginosa est atque
 dura. ut cum uentus exeat vox emissa fiat clara.
Nam rauitas vocis fit ex humiditate canalis
 pulmonis. **C**onponitur itaque guttur a tribus car-
 tilaginibus. Prima est arterius gibbosa exte-
 rius / concaua interius. Secunda prior est ma-
 ior et recte iuxta os stomachi collocatur. Tertia
 cartilago est media inter primam et secundam ex
 istis cartilaginibus quasi quadam concarenatio-
 ne guttur componitur ut dilatetur et restringat
 induitur tota substantia gutturis eisdem pel-
 culis quibus lingua induitur et palatum. con-
 cavitatis autem gutturis quam aer intrat et exit / ha-
 bet quoddam corpus lingue simile compositum
 ex glande et pinguedine et pelliculis. et uocatur
 a medicis lingua gutturis siue cataracta. et est
 primum uocis (ut dicitur) instrumentum. Non
 enim potest aliter vox esse / nisi claudatur ista ca-
 taracta. quod si uia gutturis fuerit aperta / impos-
 sibile est uocem esse. quod paulatim aer exit. unde
 gutturis cataracta ad flatum restringendum
 fuit necessaria. quod uero guttur quod ad quod paritur
 ab humoribus a capite descenduntibus unde
 rauitas generatur et tussis. quandoque etiam
 corrupti / et siccis aeris. quandoque etiam ab iniectu
 pulueris. ideo habet uulnere pro obstaculo ne
 puluis vel humor aliquid pulmonem valeat sub-
 intrare / que fuit necessaria. nec uocem faceret pul-
 ebram / fortem / et expeditam. alleuiat autem ae-
 rem introeuntem et eius temperat frigiditatem.
 unde quidam moriuntur quando radicitus eis in-
 ciditur. quia nimium recipiunt aerem et guttur
 et pulmonem infrigidantem. **E**st igitur guttur
 organum in uocis formatione necessarium ubi et

potius in primū digestiōis locū. s. in stomachū inductiūm. qđ ideo longū est 7 rotundū / vt amplioris aeris ad infriigidationē caloris cordis facilius sit attractiū 7 expulsiūm. Est autem in vtraq; extremitate magis concavū 7 in medio magis strictum vt sic sit vocis magis in formariū. Est autē ex diuersis cartilaginibus more cūbi se cooperentibus compositū vt fortius existat. 7 ita vt extenentidine cartilaginis ad vocem variandū facilius se reflectat. In genita autē natura circa guttur ut sū duplex officium animal necessarium duplicem vie habeat concavitatem. habet enī viam cānalē ad aerem attrahendū / 7 anhelitum pficiendū. habet etiam 7 viam manifestam ad abum recipiendū 7 bec duplex via quodam coopulo (qđ epiglottum dicitur) distinguitur. habet enī se in superficie gutturis ad modum vestis ad vtrūq; foramen gutturis equaliter se habentis.

Cum enim natura cibū appetit / dauso foramine anhelitus aliud foramen ad susceptionē nutrimenti omnino se aperit 7 ecōuerso. atz natura attractionem aeris desiderat / foramen aliud gutturis se claudit penitus 7 obturat. Frez cōtingit guttur multipliciter pati. s. p extrinsecā passionem sive quālcūmq; lesionem. Item quādoq; per incautam cibi vel potus sumptionem. Si enim cib? intrānit meatum p quem attrahit aer. via spūs de faali intercludit / 7 aial suffocatur. quādoq; p humorū fluxum 7 reu-matificationem. Contingit autē humores a capite ad cānales gutturis cōfluere 7 ibidem facere apostema. quod si materia colerica fuerit 7 fusiosa / cito mortificatur animal 7 suffocatur.

Nam (vt dicit cōstan.) angustat flatum ita qđ i firmus vix abum vel potum sumere possit vel recipere. qđ dolorem patitur nimium. Si autem sit materia sanguinea infirmus apparet plen? in corpe / rubet in facie / vene sunt plene / plen? pulsus / tumor calidus 7 dulcis ex sup abūdātia sanguinis sentitur gustus. Si vero ex colerica rubea dolor est fortis angustia nimia / calor cum siti maxima 7 vigilia / amantudo in gustu est. Si autem sit ex fleumate / nō tantum dolet sed tumet liugna 7 mollescit / si ex falso sit fleumate / omnia saporat in gutture tanqđ falsa vox patientis efficitur sicut paruulorū caturulorū. qđ ex siccitate falsi fleumatis trachea arteria contractatur. vt dicit constan. Cōtingit autē istam materiam malam qđq; totam recolligi interius in pellicula que diuidit viam aeris / que dicit trachea arteria a via p quam transit cibus que dicitur yfophagus 7 facit esquamantiā que i vno die interstat. Et cōpressionē enī trachie arterie

denegatur aeri liber transitus ad cor. ex cōpressionē vero yfophagi abozum transitus denegatur. quādoq; colligitur materia primū intra 7 primū extra. 7 tūc aer dicit squinantia 7 non est ita mortifera. quādoq; tota matena est extra 7 dicitur synantia. 7 est adhuc minus mortifera / tamē piculosa. In omnib? his est dolor vebemens gutturis / sed precipue in prima cum suffocatione vocis. Est etiā difficultas respirādi / ita etiam replent nerui esquinātia qđ ita malle spasimantur qđ vix etiam cum malleo possunt dentes aliquādo aperiri. 7 ita artatur lingua qđ vix vel nūquā pōt attrahi. In cib? istis morbis gutt? p m cūb? bonū signū ē velox aspiratio anhelit? 7 respiratio. qđ trachea arteria nō nīmiū ē ppressa. vñ nō ita timet suffocatio. nihil enim ita timetur in hac passioe sicut amissio aeris / aquo non pōt animal p vicefimam partem vnus hore sine piculo abstinere. Dec 7 multa alia. (vt dicit constan.) patitur guttur. s. vlcera tione / 7 inflanōe sit in immoderata / vocis rauicitatem et humiditate nimia arteria gutturis infundente / 7 vocem impediēte / vel qđ qđ extingūete / vocis aspiratē ex siccitate aeris vel corporis sive cibi vel pulueris instrumentū loquendi exasperante. Sed bec de gutture dicta sufficiant.

Ollum est dictum / eo qđ rigidum sit 7 rotundum caput baiulans et sustentas. cuius pars anterior gula / posterior vero ceruix vocatur. vt dicit Jfido. Ceruix autem est dicta / eo qđ p illam partē ad medullam spine dirigitur. vnde ceruix quasi i vi cerebri dicit (vt dicit Jfido.) Est igitur collū membrum rotundū inter caput 7 corpus medum. 7 est ossium ex multis ossib? 7 neruis cōpositum. ossium quidē est / vt fortius sit ad caput sustentandū. neruosum autem ad motum volūtarium faciendū / 7 ad sensum ad inferiores partes corporis deferendū. Collum enim influentiam virtutis motiue recipit a cerebro 7 etiam sensitiue. 7 receptam ad inferiores partes corporis medianibus transfundit. Debet autem collum habere quandam convenientiaz 7 pportioneim cum capite. nam si forma capitis fuerit temperate magna 7 ceruix aliquantulum grossa / leuitatem signat complexionis et dispositionis. vt dicit constan. si vero fuerit caput pium 7 collum magnum quāritati illius nō pportionatum / abūdantiam designat materie superflua / 7 virtutis informatiue defectus 7 eius caput super cephalica infirmitate 7 auricularum dolore tangatur (vt dicit constan.) Secundum autē ansto. lib. iij. Colli dispositi

De partibus hūa. corpo.

fitio variatur in animalibus et volatilibus.
Nam in quadrupedibus spissi corporis et crurum mediocrius collum curvum est et grossius. et huiusmodi animalium in collo plurima est fortitudo ut patet in bobus et bubalis / et visis / et in lupis / quorum maxima in spondilibus colli fortitudo est. et ideo solent boues per colla iugorum vinculis alligari. Animalia vero longi cruris et grossioris corporis solent esse colli longioris et hoc propter necessitatem pastus. Ut patet in equis / camelis / et cervis / et huiusmodi maxima autem equi pulchritudo est in collo. nam secundum eius erectionem et spissitudinem et extensionem estimatur a pluribus animosus. Item (aristo. in eodem.) Aves habentes curvum rostrum / habent collum curvum. ut patet in anapitibus / aquilis / et nisis. Que vero sunt habentes rostrum longum et recurvum habent collum longum ut patet in gribus ardeis / anseribus / et similibus. et hoc est quod acquirunt cibum de profundo. Item idem ibidem. Omnes aves pedum longorum habent collum grossum et spissum et volant extrorsum collo et si hubuerint collum longum et habile ad declinandum illud quasi plicant in volando. Item idem si quod animal fuerit longi cruris erit longi colli. et si curvum / curvum. Item omne animal habet collum / tale vero quod non anhelat aeren interius habet. animalia autem anulo si corporis non habent collum distinctum a corpore sicut nec pisces. et hoc quod non habent scapulas. quia non vocatur collum nisi membrum. quod est inter caput et scapulas. ut dicit aristo. ibidem.

Humeri dicitur quasi armi ad distinctionem hominis a pecudibus mutis et nos humeros / illi vero armos habere dicuntur (ut dicit con-

stan.) Sunt autem humeri ex variis ossibus compositi / quorum precipua ista duo spatula dicitur quod ad modum spatule late. spatium enim latum dicitur fuerunt autem ossa necessaria (ut dicit pstan) duabus de causis. aut ut defenderet pectus / ne quid retro pateret ab exterioribus. aut ut armorum ligent ossa que interius sunt concava / exterius vero gibbosa. Erat autem intra concavitas ut prodesset costis. que ossa sunt habentia nodos / quos media vocant spatularum oculos / quod nomen ex officio sumpserunt. sicut enim oculi totius corporis anteriores sunt defensores ita ista a posteriori pectora et eorum costas et ossa defendunt et custodiunt. Sunt autem isti tres oculi concavi ut armorum acumina possint ingredi. Habent autem spatula duo acumina retro. unum coram rostro assimilatur / per quod eadem

spatula fircule est connecta / ne a superiori loca suorum non exeat interius. Ad hoc natura posuit alterum ne subtus exiret acumen armorum. fircule autem fuerunt ad hoc necessarie ut annos ligarent et a pectore defferre facerent. horum ossa exterius sunt rotunda / interius vero concava et cum tenentudine pectoris colligata / retro vero cum cornu rostro. Sunt autem eorum ligamenta ossa cartilaginosa que vocantur spatularum capita ad hoc posita tantum ut concatenationem facerent armorum. Et iam dicitur patet quod humeri et armi sunt necessarij. sunt etiam ad spiritualium membrorum defensionem. Item ad brachiorum siue costarum siue pectoris et vitalium ossium concatenationem et colligationem Item ad ossium et spondilium colli supportationem. Item necessarij sunt ad ponderum diversorum sustentationem. Nam ratione sue officii sitatis et nervositatis maximam habent fortitudinem et vigorem. Item post caput et collum maximam in corpore obtinent elevationem. alij enim membris supvenient sub capite constituti. ut patet in omni animali. Item patet humeri quandoque ab extrinseco / ut vulnera siue qualem cumque lesionem / siue propter nimiam laboris et oneris communitatem. et tunc potissime curant per quietem et alicuius unguenti appositionem. (vnde dicit aristo. li. viij.) In iuncture elephantis solent iniungi oleo olivae propter facilitatem oneris et laboris tolerationem ut melius dormiat. Item quandoque ex causa intrinseca. ex fluxu humorum concurrentium ad iuncturas et nervos humorum ex quibus nervi gravantur et in suo effectu impediuntur. quibus etiam ipse iuncture superfluis humoribus replentur / ex quorum acumine dolor in sensibili nervo generatur.

Rachia a fortitudine sunt dicta. brachia enim grece forte dicitur latine (ut dicitur) In brachijs enim tori laterum sunt et insigne robur existit hi tori dicuntur muscoli. et dicuntur tori eo quod illi quasi viscera tori videantur ut dicitur In sido. Brachium autem videtur pstan.) ex duobus constat ossibus. unum est supra / et appellatur cubitus superior. alterum infra / et dicitur cubitus inferior. Est autem os inferius priori maius / quod portans portato maius esse debet et firmus. Concatenatur autem brachium cum anno superiori et convertitur nervis fortissimis quibus medianibus sensum et motum voluntarium recipit et ad manum post transmittit. Sunt brachia rotunda propter maiorem operationem et motus habitabilem / et maiorem impassibilitatem ut non facile patiantur. Sunt etiam flexibilia

in iuncturis tribus. s. circa manus / dicitur / et ar
 mum / ut motui voluntario sint habiliora / et ad
 obediendum voluntatis impio promptiora. Pre
 terea brachia respectu aliorum membroz mi
 nus sunt carnosia et hoc propter substantiam ossium
 et nervorum ex qua componuntur propter roboris et
 virtutis ampliationem. In brachijs enim maxi
 ma est hominis fortitudo ad prestandum / ad ele
 vandum / ad constringendum / ad repellendum / ad
 pugnam / ad operandum. Item brachiorum
 ossa sunt dura / grossa coeava / et medullis plena
 Grossa quidem sunt et dura / ne de facili rumpantur.
 concaua / ne nimia soliditate nimis ponderosa
 redderent medullis plena / ut ossa sicca et
 dura medullarum pinguedine irrigarentur / et ut
 spiritus a nervis et venis confluentes medullari te
 perie seruirent et nutrire. cute / musculari / et la
 certis intermixta carne teguntur ne ab aliquo ex
 trinseco de facili lederentur. in iuncturis et verte
 bris et cartilagine vestiuntur / ne nimia duricie
 ossium mutuo se collidentium nervi sensibiles
 aliquam molestiam paterentur. et ut ipsa ossa in
 suis iuncturis planicie et mollicie cartilaginea
 expeditius mouerentur / et nullius asperitatis occur
 su tarderentur. Item brachia propter vicinitatem
 quam habent cum regione cordis spiritum et pulsum per
 quam arterias recipiunt et variam ipsius mutatio
 nem ac consistentiam defectum. s. et perfectum in
 venis et arterijs pulsantibus manifestant. Item
 brachia propter vicinitatem cerebri familiarem
 habent convenientiam cum capite / et ab eo recipi
 unt latentis virtutis influentiam. et ideo pro defec
 tione capitis spiritum sensum nature et sine delibera
 tione contractus ferientium se exponunt. Item
 vene totius corporis et maxime de regione capitis
 cordis et epatis conveniunt in manibus et digi
 tis et nutrimentum tribuunt eis. et ideo qui sanguine
 repletos se sentiunt et gravatos aliquam de ve
 nis brachiorum aperire consueverunt. et sic bra
 chia sepe vulnerantur et patiuntur / ut alia membra
 sanitatis beneficium consequantur. Dicitur etiam
 medici quod sicut habentur in libro de flebotomia
 qui infirmant in vna parte corporis. debent venam
 in parte posita aperire. unde qui patitur in de
 xtra minuatur de sinistra et e converso. nisi materia
 fuerit venenosa vel alia furiosa. tunc enim san
 guis ad partem oppositam non est attrahendus
 ne materie venenositatis transiens per cor vel ali
 ud membrum nobile ipsum ledat. sicut dicitur ibi
 dem. Brachia itaque propter utilitatem aliarum
 partium corporis mutuo sibi seruiunt et ob mem
 brorum custodiam vulnerari et percuti et a suo
 onere minui non subterfugiunt / et se patientibus
 acquiescunt. Docet autem (ut dicit galienus.) bra

chia habent proprium ut quod cor diligit. brachia
 diligant et in amplexum eorum voluntarie se exten
 dant. quod autem corde diligit sentiunt / quanto vi
 cinius possunt cordi applicari et constringunt
 in tantum ut totum dilectum / totum amanti cor
 di imprimerent si valerent. et hoc de brachiorum
 proprietatibus dicta sufficiant. Item de nudato
 et inquietatio brachiorum mortiferum signum
 est in acutis (ut dicitur in pronosticis.)

Anus est dicta eo quod sit totius cor
 poris munus. ut dicit Galienus. Ipsa
 enim habet omni administrat. ipsa omnia
 operatur ac dispensat. per ipsam accipimus et da
 mus. abusive enim manus ars vel artificium di
 citur. sicut aliquando de aliquo scriptore vel pi
 ctore dicitur. iste habet bonam manum scribendi
 id est arte vel artificium. Dextra a dextera dicitur
 nam ut dicit Galienus. Dextra pignus pacis da
 tur. ipsa fidei et salutis testis adhibetur (et hoc
 est illud apud tullium) fidem publicam iussu
 senatus dedi / id est dexteram. Et apud ad ga
 la. Quibus dedi dexteram fidei et societatis.
 Sinistra autem dicitur quasi sine dextera. siue quod re
 fieri sinat. a sinendo enim sinistra est vocata.
 Palma autem dicitur digitis expansis manus ex
 tensa. sicut contractus pugni. pugnus autem a
 pupillo est dictus sicut manus expansa dicitur
 palma ab expansis ramis. Est itaque magnum
 corporis manus iuamentum pariter et ornamentum
 proprium et principale tactus instrumentum.
sit impossibile. Somnus aut̄ vt dicit p̄stan. in / panteg. alius est naturalis / alius innaturalis de quo nihil ad p̄ns. Naturalis h̄o fit ex humi / ditate cerebri rēpata / & ex fumo humido & da / rosa toto corpe ad cerebz ascendente. / s̄ fumus aut̄ ille ingrossat sp̄s & replet nervos & ita vi / culat & ligat sensus. Aug. aut̄ in p̄dicto libro docet q̄ somnus aut̄ est ab intrantibus extrin / secus elcis. aut̄ ab humore intrinsecis tempero q̄ cū resoluūt in fumum / perit cerebz. & ibi reso / lutus distillat frigidus inferius licet ascēdat ca / lidus. distillando aut̄ remittit calozē cordis / & impedit p̄cessum opationum. Secundum aug. n. & fm aristo. cor est p̄ncipiū opationum & omē bonum vel malum a corde p̄cedit. In / somno aut̄ q̄scatur h̄tus animalis alijs manē / tibus sicut p̄ns. s. sp̄iali & naturali. quod p̄z p̄ / pullum & inspirationem / & p̄ digestionē. in so / no. n. maxime digestio celebrat̄. Auid. n. sic dif / finit somnum. Somnus (inquit) sermone vni / uersali ē reditus sp̄s ab instrumentū sensuūz & motus ad p̄ncipium cum quo p̄ncipiānt̄ instra / ipoz sp̄uū. Et somnus quidē naturalis est sp̄s reditus cum p̄fundatione / vt digerat̄ nu / triens. vt p̄z in somno exercitantū. fit. n. in eis somnus p̄fundus p̄p̄ sup̄fluitatem resolutio / nis sp̄s. natura. n. desiderans additionem in / substātia sp̄s p̄fundat̄ ip̄m in interioribus & facit ip̄m latere in interioribus. vñ fit somnus p̄fundior & plitior in ipis. & hoc genere som / ni dormiunt quos euacuat medicina laxatiua resoluūt. n. plurimum de substātia sp̄s cū sup / fluitatibus & hic somnus plurimum p̄fert eis. reddit. n. eos suis h̄tūibus (vt dicit Auid.) Sicut aut̄ dicit aristo. li. iij. somnus puenit cui / libet animali sanitatem habenti. licz in q̄bus / dam somnus sū valde leuis & occultatus. Ex / p̄dicit̄ p̄z q̄ causa materialis somni est fumus digestionis a corpe resolutus. causa h̄o forma / lis est in capite apud cōem sensum / & origines / neruorum sensibilium que opilant̄ & ligantur. & quiescit animal / & omnia membra recreant̄. Actio autem somni fm p̄stan. dupliciē variat̄. fm quantitatem / & fm magnitudinem materie quā inuenit in corpore. Scdm̄ quantitātē. qz si sit nimis augmentata / deficit h̄tus corp̄ / hu / mecat̄ / & refrigeratur. quia fit dissolutio / humo / ris & p̄sequēs fit exticatio caloz / s̄ flegma maio / rat̄ / caloz natural̄ minorat̄. Si sit nimis pau / ca virtus digestiua deficit / corpus desiccatur. Si vero sit moderatus / cibus bene digeri / tur / corpus impiguatur / animus confortatur / caloz natural̄ auget̄ / humores temperant̄ mēs / clarificatur.

Item ex materia qua inuenit eius actio varia-
tur. qz si materia fuerit multa / calor naturalis
debilis p somnum fit maior / humoru refolutio
qua pp calor naturalis vincit / et extinguitur /
et ideo papi portionat ne dormiant et inu-
ne. f. p somnum rata sit resolutio humoru q no
possint regi a natura. s si fuerit cibus tempera-
tus similis et humores calor p somnum inter-
reuoatus cibos digerit / humores temperatos
reddit. cor humectat et calefacit / et impinguat.
Recollige igit breuiter ex pdictis q somnus ca-
lorem naturalis ad interiora reuocat / exteriora
frigidat / et a sanguine depauperat / interiora ho
calefacit / et inurit / ac fortificat / impura / et cruda
decoquit / et maturat. motus aiales et sensibiles
recreat et quietat. Si ho fuerit in qlitate et qtri-
tate temperat / egroru alleviat / futura nature vi-
coriam p morbu et bona casum denunciat. Si
autem e conuerso somnus se habuerit / merito e
suspensus. vt dicit pstan.

De Somno.

Al somno igit considerat dormientis
voluntas. qz voluntate ad dormiendu
se deponit. Na (sm Auid.) somno ni-
hil aliud e q in vi sensitua quiet appere. It
dormitionis breuitas. ho. n. qn ad dormiendu
se deponit / celeris a somno surgere ordinat et p-
ponit. Item stus in dormitione vnitas. Naz
stus dispersa in vigilado aggregat et coadunat
in corpe dormientis. vt di. Auid. It dormientis
insensibilitas. vt pz ex ia dicit / frequens. n. qtri-
git q aliqs ita forat dormit et ta pfundi e som-
ni q vix sentit aliqd exterius etia si vberat. It
quiet / suauitas. na dulcedo qua psequit qs in
dormiendo facit pteritoz laboru et etia pntiu
obliuisci. It dormientis securitas. qz cu quis
dormit / etia hostis pntia no pauelat. Item si-
gure dormientis mutabilitas. qz exterius videt
mortu et interius viuus / for pallidus / et in-
rubeus / for frigidus / et intus calet / for rota ho-
tus effiacs qi in pria se diffundit / s intus tota
stus se recolligit. It in dormiedo attenditur
diuersitas. Snt. n. qui dormiut palpebr clau-
sis adiuicis et reductis. et oia talia aialia sunt
auctozis visus q illa q aperit dormiut oculis
et no recit. sicut di. ansto. vnde et pisces sunt de-
bilis visus. qz dormiendo no claudut oculos.
Et sicut dicit li. iij. Pisces qescut in somno. s
modicu / qz subito expugiscunt et fugiut. quere. s
li. v. et de palpebra et de oculo. It somnoy et
fantasmatu imaginatio / na in dormiedo pp
pmixtionem ronis cum fantasmatibus multe
sic occurrut fantasie. quaz qdem formas et si-
militudines aia imaginarie apphendit / s de

spis imaginibus et fantasijs ad plenu non di-
scernit / ideo sepe euz euigilauerit / q in somnis
viderit no aduertit. It in dormiendo papie
attendit vnitas. nam qn somnus e naturalis
et rpatus / multas et infinitas pferit corpi como-
ditates. sicut pz. s. in vbis Auid. et etia pstan.
et matime / qz tuc fit digestio et pur ab impuro
separat. na qd pur est et corpi sile / tuc corpi
vnt. qd ho impur est et dissile vi expulsua a
corpe separat. De malo ho somno et innaturali
quere infra li. vij. de litargia.

De Vigilia.

Vigilia est qdam animalis dispo cum
diffundit et effundit spūs ad instrum-
ta sensus et motus vt eis vtaf. vñ vi-
gilia nihil aliud est q libera spūs p organa se-
sus et motus diffusio / aiate stus in corpe p-
agens actiones. Differt autem vigilia ab insom-
nitate / que est supfluitas in vigilijs puenies
et egressu animalis virtutis a natura sine a re
naturali. et eius quidem ca quadoq est calidi-
tas et siccitas complexionis. quadoq pp ignei-
tatem spūs semp mouet ad exteriora. et sic ani-
mal no quiescit. qnq est pp malam materia
ledentem cerebrum. sicut accidit ex dispositis
ad frenesim et ad maniam. qnq est ppter va-
porem malam perturbantem cerebrum et eius vi-
cinitatem. sicut accidit in dispositis ad melanco-
liam. qnq etiam est ex viscositate humiditatis
in cerebro exitis. vt patz in decrepitis. qnq et
ca doloris tam corporalis q spūalis / et vtrunq
no pmittit spm quiescere. qnq etia est in causa
malicia digestionis et multitudine repletionis /
opprimens spm animale et quiescere no p-
mittens / vt pz in nimis inebriatis in quibus
fumus vini / acutus / pungens nervos sensibili-
les et ledens eos quiescere no pmittit / et tales
sepe ad mortem vel furorē disponunt / nisi ab
arte vel natura / ad dormiendu citius inducant.
Vigilie aut naturales refrigerant immiscus.
quia calor egreditur ad exteriora / Et ideo cale-
faciunt et desiccant exterius. Si vero mo-
dum excesserint. calorem augmentant corpus
attenuant / et desiccant / Oculos et palpebras
nimis grauant / visum eberant et debilitant /
dolorē capitis generant. et totum corpus de-
bilitant et enervant. Ad moderate autem exteri-
us calefaciunt et humectant. Quia calor et hu-
miditas petunt exteriora. quando vero immo-
derate sunt ex vehemēti motu spirituum ca-
lefaciunt et desiccant / et intus ac extra consumunt
et naturam ledunt / vt dicit constantinus.

De etatibus hominis

Conueniunt igitur vigilie moderate laborantibus / ut mercedē augeant et acquirant. specularibus transiſidias p̄caueant expectantibus. ut dominum venientē gaudent recipiāt. medicinaſumētibus ne se ledat. egrorantibus et maxime litargiā ut citius p̄ualeſcāt. itinerantibus ne die tam dormiendo negligāt. gregē pascētibus v̄damnum a lupis et alijs hostibus nō incurraut / orantibus / ut coronā p̄missam vigilantijs nō amittant.

De somno

Omniū dormientiū quedā est diſpōſitiō quā diuerſarū rerū forme et ſimilitudines imaginariē dormientiū mētibus imp̄munt. Habent autē fieri multīs modis (Ut dicit greg. et macro. de somnio ſcipionis.) Nā p̄pter colligantiā et v̄nionē quam h̄z aīa cū carne aliq̄ diſpōſitiōes et paſſiones q̄ oriuntur a corpore p̄ quandā applicatiōem carnis ad aīaz / reſultant in ip̄a mente. et ideo mēs ſolet ſomniādo talium rerū imagines intueri quales ſolet vigilando aliquoties experiri. ſicut etiā ſomniāt bruta aīalia. ut dicit ariſto. li. iij. q̄. canis ſomniat / q̄d p̄z ex eius latratu. ſitr et equus. q̄d p̄z ex h̄nitu. et talia ſomnia cauſant aliq̄ ex nimia repletiōne / vel ex nimia inanitiōe. quāq̄ ex p̄cedenti forā imaginatione ſeu cogitatiōe (vñ aug. ſuper gen. li. iij.) Sicut caro quā ſpiritus oīo ſubditur ſpūalis diſ. ſic ſpūs quā oīo carni innitit. carnalis et aīalis nuncupaſ. vñ mirandū non eſt ſi carni intēdens carnaliū rerū imagines in ſe reperit. Item idē ibidē. in ſomnijs ſpēs et corporū videmus rerū ſimilitudines nō ip̄as res ſpēs t̄m rerū quas ſomniando videmus / rerum noībus nuncupam. et quod rerū eſt p̄pter ſolam ſimilitudinem eis appropriamus. vigilando itaq̄ rerū formas ſenſu comp̄endimus / ſed dormiendo ſpū rerū imagines intuemur. Sōnia autē aliq̄ ſūt v̄a aliq̄ falſa. aliq̄ trāq̄lla. aliq̄ p̄urbata. V̄a autē v̄a ſūt / aliq̄ ſūt nulla. aliq̄ figurat et obſcuri ſignificatiōibus inuoluta. ut p̄z in ſomnio pharaonis. tales autē imp̄ſiones ſiūt aliq̄ in aīo dormientiē p̄ diuinā inſpirationē. aliq̄ p̄ angelicā admiraſtrationem ut p̄z in Jacob q̄ vidit in ſomnis ſogas pupuleas et angelū dicentē ſibi. tolle ſogas. vt. gen. xxx. aliq̄ p̄ maloz ſpūm illuſionē. et patz in pharaonē et falſis p̄p̄bis et arap̄cijs. vñ dicit aug. ibidē. Lū ſpūs bonus in h̄ viſu ſp̄m bu-manū aſſumit aut rapit / nō eſt dubitandum illas imagines viſas eſſe rerū aliquarū q̄s noſſe vtile eſt / dei. n. munus eſt. Conſiles autē imagines aliq̄ opat angelus ſarbane / q̄ ſe tranſſigurat in angelū luq̄. vt cū illi in manifeſtis bo-

nis creditur ſit / ſeducat ad ſua. Sed quā h̄mōi ſomnia ſiāt p̄ reuelatiōem / iudicat ſobrius intellectus quā diuinitus p̄ gr̄az eſt adiutus. Sōnijs itaq̄ nō eſt paſſim fides adhibēda / nec omio ſimplr reſp̄nda. t̄m aliq̄ certa h̄ de futurū diuinitus p̄ ſomnia p̄iectura. Somnia itaq̄ in d̄ia cauſant. aliq̄ ex p̄plexione. ut ſanguine ſomniat leta / melācolicus triſtia / colericus ignea / ſlegmaticus pluuias / niues / et aq̄tica. et. h̄mōi q̄ vniuerſanū p̄ueniūt p̄plexom ſerui et etati ut dicit p̄ſtan. aliq̄ ex appetitu et affectione ut famelicus ſomniat de cibo. ebrius ſicciēs et potu. et de eius p̄rio. q̄ro autē talis plus ſomniat bibere vel p̄medere tāto exp̄geſtatus vebemētius eſurire ſe reperit / vel ſitare. aliq̄ ex vebemēti studio et mentis circa aliq̄d applicatiōne ut auarus ſp̄ ſomniat aux. ſp̄ vñ q̄ p̄puter p̄cuniā. vel q̄ augeat vel diminuat argentū ſuū. aliq̄ ex cerebri p̄urbatione. ut p̄z in diſpoſitiōe ad frenēſim et manīā q̄ mira ſomniat et inaudita. Sōm autē vapoſe / cellulā fantaſtica inſicentem vel immutantē / ip̄a ſomnia immutant / aliq̄ ex ſanguis infectione. q̄. n. corruptū h̄nt ſanguinē ſomniāt ſe ambulare p̄ loca inuoluta corruptionē h̄ntia / et ferorē. aliq̄ ex aeris immutatiōne. aer. n. ad immutatiōem diſpoſit / immutat corpus ad eandē immutatiōem. vñ ſumi reſoluti nouas faciūt in cerebro imp̄ſiones / q̄ ſunt cā vānoz et diſſimiliū ſomniōz. Itē ex etate alteratione. infantes. n. nihil ſomniāt. vñ ariſto. li. iij. Dō (inquit) ſiūt oīa aīalia p̄cipue ſomniat puer. n. nō ſomniat / aīa quāq̄ aīos. (et ſequit) inſantiquo t̄pe viri et mulieres q̄ nō ſomniant / runt. et poſt q̄dam eoz ſomniauerūt poſtq̄ venerūt ad ſenecturē. et poſt modicum accedebat eis mors et infirmitas

De exercitiō.

Exercitiū ad nature p̄ſeruationē eſt neceſſariū (vt d̄t in panteg.) Eſt autē exercitiū duplex. aliud eſt aīale / aliud corporale. Aīale ſicut ſtudiū / vigilia / ira / triſtia / ſollicitudo et h̄mōi. ſi fuerit nature p̄portionata / multū faciūt ad corporis et aīe ſanitatē. ſicut infra dicit de aīe accidētibus in fine. vij. libri. Exercitiū v̄o corporale aliud eſt egle / aliud megle. Egle mediū eſt inē debile et forte magnū / et puū / veloci et tardū / q̄d. ſ. nō ſp̄ addit in caliditate. vel ſiccitate. Inēgle eſt q̄d iſtā t̄paniā excedit et ſi multū excedit in ſuo p̄ncipio calefacit et deſiccāt. et ſi multū v̄terioraret p̄ ſuū diſſolutiōnem et ſpūs euaporiatiōem inſrigidat et deſiccāt. Dicit autē p̄ſtan. q̄ triplex eſt vtilitas exercitiij. quia calorem naturalē exat / ſuperflua diſſoluit / membra indurat / et eis ſoliditatē tribuit.

Inequale nō exercitium aliud est vniuersale / aliud nō particularare. Vniuersale est quod omnia membra mouet / vt fodere / itinerare / et hmoi . Particulare nō est vbi quedā membra quiescūt et qdam mouent. vt suere / scribere / et silia. Nec autē varia exercitia corpus variāt fm̄ varia bonum officia et artificia. quoddam calefacit et desiccatur sicut ars fabulis. Nam aer a fornace inspiratus cū sit calidus et sicus / eos desiccatur et calefacit. ars vero piscatoria eōuerso infrigidat et humectat. Exercitiū vero particularare aliud est forte / aliud debile / aliud mediocre. In exercitatione igitur hec sunt consideranda. s. quantitas / q̄litas / tempus / locus / quantitas vt nō sit nimis intensa vel nimis remissa. in q̄litate / ne nimis velox / ne nimis tarda. s. medioq̄ utilis est et laudanda. tempus / qd̄ maxime valet ad exercitium est ante prandium / vt supfluitates lubricae facie et resolute p̄ exercitium euacuent / ne abusus supueniens corrumpat. post abum nō cooperat̄ naturā digestiue ad ciborum decoctionē ita tñ si fuerit tempati. nimum nō nō est bonum. qz potius est cā calefactionis membrorum tam interiorum q̄ exteriorum. Attendendus est locus. quia alius ē aquosus et infrigidat et hūctat. vt locus piscatorum. alius nō sicus et vmbrosus. vt locus venatorum. et talis q̄tum est de caliditate rōne laboris et disansus actione desiccatur. et sic de alijs. Vbi qdam sapiens interrogatus ad quid exercitatio laboris esset necessaria? respondit in h̄s̄ba. Non estus (inquit) labor humane vite est fida custodia / dormientis et nature stimulus / sopiti calor / lima / supfluitatis supsumptio / vitiorum fuga / morborum mors languorum medicina / lucrum tempis / iuuentutis debitum / adolescentie disciplina / senectutis gaudium / salutis adiutorium / nutritio omnium malorum est emula / oīum inimica. Ille nempe solus ab exercitio se abstrahat et labore / qui felicitatis gaudio vult carere. Verba p̄missa continent̄ i sermone fulgentij q̄ ociosos. vbi exponit illud s̄bum. panem ociosa nō p̄medit. in quo sermone multum commendat̄ p̄ij laboris exercitiū. In fine h̄moīs tñ labori p̄ponit deuotū contemplationis oīum dices. manā p̄p̄ contemplationis oīum minime fore intra ociosorum mulierum numerum p̄putandam / qm̄ potius in oībus p̄ponendam. Quomō. n. panē illa ociosa comedit / q̄ pane vite plena alijs panem frangit. Panē siquidē frangit qui orōnis p̄dicio / eōuersationis exemplo / pie eruditionis nōbo esurientes et sitiētes iusticia refouet atqz pascit. maria q̄ que orōne subucnit / p̄uersatione ad bonū alliat / p̄dicatione instruit / panē frangit etc.

De quiete.

Quies autē est cessatio ab exercitio et labore. Sicut. n. necessaria ē ad nature p̄uersationem exercitatio / sic et quies. Nā quies finis ē et supsumptio motus et laboris. sine. n. quiete nihil finalit̄ est durable. qz qd̄ caret alterna requie / durable nō est vñ celum qd̄ maxime ē mobile / suo motu tendit ad quietē. sicut sol et luna / sidera / ignis / aer / aqua / et oīa alia que fm̄ naturā sunt mobilia / cōdunt finalit̄ ad quietem. vt dicit Aug. Quies autē naturalit̄ h̄z indinationem ad centz. et iō p̄nāpiū est et dispō aggregatio nis et adunatio nis p̄tium in loco sua. et ideo oīa q̄ sunt ordinata fm̄ naturā ad quietē / nobilioza indicant et dignioza qm̄ sunt finalit̄ in quiete / q̄ n̄ sūt i motu. sicut et finis dignioz est bis / q̄ sunt ad finem Quies autē put opponit̄ exercitio tot modis considerat̄ quo ad effectū quot et ip̄m exercitium. Alia. n. est sp̄ialis / alia corp̄alis. quoz vtraqz si fuerit nature p̄mensurata / erit salutaris oīel et corp̄i et sanitat̄ hominis p̄seruatiua. si autēz nō / eōuerso. Itē quies aliqui est nimia. et hec est maloz humorum generatiua / nutritiua / multiplicatiua / corruptionis inductiua. Nā aque qm̄ nimis quiescūt / putrescūt. sic ferz et quodlibet metallū rubiginat̄ qm̄ nimis debito vsitat̄. Alia est nimis pua. et h̄ similis est vitiosa. qz naturam lassam nō recreat / debilitatē nō reparat / supsumptam nō restituit. H̄ mediocritas autē inter h̄ est laudabilis. nam calorē naturalē q̄ fortat sensum recreat / digestionem emēdat / corpus mediocriter purgat. Item quo ad q̄litem quies alia est vera. et h̄ est laudabilis si nō sit nimia / alia nō vera. vt in febribus vel febriculantibus. et h̄ minus laudabilis est. sicut post dicitur.

Finit Liber Sextus.

De infirmitatibus

Incipit Liber Septimus de infirmitatibus.

Quā

compleuimus autem liante deo tractatū de illoꝝ p̄prietatibus / que hominum naturā / p̄ficiunt / et custodiunt / dicendum est de his que contra naturam si / bi accidunt / eiusq̄

naturam destrunt et corrumpunt. Tria. n. sunt que hominis naturam ledunt. scz causa morbi et ipse morbus / et accidens sequens morbum. Causa morbi est id vnde puenit malum / et innaturalis in corpore dispositio / sicut est mala complexio / nimia repletio / vel inanitio / virtutis defectio / qualitatis alteratio / et continuitatis dissolutio / omnia. n. ista causa vel occasio morborum sunt. Morbus autem s̄m Johannem est res ex quo accidit completioni corporis lesionis no cumentum. sicut est febris a postema etc. Accidens est res sequens ad istā introductam in corpore passionem siue sit contraria nature. vt dolor capitis in cephalica. siue non sit contraria sicut in peripleumonia rabor accidit in maxilla. Bona autem corporis dispositio d̄r sanitas per quam corpus hominis in sua completionem et compositionem tale existit / vt suas libere et perfecte pagat actiones. ab hac temperantia si fuerit natura lapsa / incidit necessario in egritudinem et in morbum. Nam ex disimpantia et inegalitate humorum accidit morbus p̄similis. vt est febris / h̄ydropisis / et huiusmodi. Ex mala h̄o dispositione mēbro / tum / incipit morbus dissimilis. vt in oculo obthalmia / vel in manu arthetica. Ex mala h̄o dispositione vtriusq̄ puenit morbus vniuersalis / sicut est elephantia / siue lepra. Omnis. n. morbus vel est consimilis / humores et alia mēbra consimilia inficiens. vt febris et consimilia. vel est officialis / qui membra officialia impedit vel est vniuersalis / qui naturā intenus et exterius destruit et corrumpit.

De dolore capitis.

Est itaq̄ infirmitatū p̄prietatibus. s. de eaz causis / effectibus / et signis / et remedijs aliq̄ sunt dicenda. nō h̄dem de omnibus / s̄ solum

de his que in diuina scriptura ḡnraliter exp̄muntur. et ideo de ordine p̄sequēdi nō est hic curan

dum. Primo igit̄ de passionibus capitis ē inchoandum. Iste. i. d̄m caput languidū etc. Dolor capitis (vt dicit p̄stan.) cephalica dicitur et puenit duobus modis. aut ab exterioribus vt ex percussione vel ex calido aere dissoluēte. vel ex frigido aere p̄stringente. Secundo mō. s. ab interiori puenit vel ex causa priuata vel ex remora. Ex priuata / que aliunde q̄ ex capite nō puenit / aut puenit ex causa remota. vt a stomacho. et si sit dolor ex causa priuata / vel ex vitio solius qualitatis maxime frigiditatis vel caliditatis. aut ex vitio humorum vt pote sanguinis / flegmatis etc. que dolor si sit in spoliatis / modo veniens nō recedens / signū est q̄ est a stomacho. Vnde Galienus. si dolor ē in capite nulla certa cā extrinsecus veniente / acuti huiusmodi ḡuant stomachum. Si vero est sine inmissione / ex humoribus / est si ex sanguine / calorem patit in capite / ḡuitatez in fronte. quia anterior pars capitis sedes est sanguinis. oculi rubescunt / faciei vene sunt plene. Si vero ex furore colerico / calor sentit̄ in naribus siccitas / in lingua vigilie et sitis non desunt / maior in dextera sentitur dolor q̄ in sinistra. quia ibi colere sedes est. facies cum oculis est citrina. amaritudo sentit̄ in ore. Si vero fuerit ex melancholico / in sinistra parte erit dolor intensior cum frigore / vigilie / grauitate / facies erit liuida quasi cerei coloris / oculi concaui / sollicitudo / oris acerositas. Si vero fuerit ex flegmate / sequit̄ dolor granatiuus. per os et nares exit supfluitas et quandoq̄ cum tussi et ḡui spiritus attractio / ne et querela. facies pallida et subrimida / oculorum lippitudines / oris insipiditas / dolor a parte posteriori maior est. ibi. n. est sedes flegmatis. vnde Galienus in libro institutionū. Noscere oportet caput diuidi in quatuor partes. Nam sanguis in fronte dominat̄ / colera autem in dextera / melancholia in sinistra / flegma vero in occipitio dominat̄. Iste et alijs mōis plurimis accidit dolor capitis / sicut ex acumine foris vni cuius funus p̄ḡit pelliculas cerebri / et grauem infert capiti passionē. (bucusq̄ p̄stan.)

De passione capitis.

Autur autem caput dolorem quendam interiorē / quem phisici (vt dicit constantinus) vocant emigraniam. et hic dolor (s̄m constantinum) molestissimus est. Sentit. n. in capite quasi malleationem et percussionem / non potest pati sonum / nec vocem / nec lumen / nec splendorem / s̄ h̄ dolor est ex furore colerico et calido cum vento sitate. Et ideo sentit̄ puncturam / arsuram / et tinnitum.

Patit etiā caput specialit̄ in cute exterius pu-
 stulas ⁊ scabiē. sanit̄ ad modū mellis emanā-
 tem. ⁊ ideo talis scabies a ḡstan. vocat̄ fauus.
 bñr. n. pustule modica foramiā ex quib⁹ lues
 egredit̄ q̄i fauus. ⁊ puenit ex humore vitioso.
 ⁊ viscoso vsq̄ ad cut̄ capiti sup̄ficiem p̄ingen-
 te ⁊ vlcerate. Itē patit̄ caput quādā pueris
 familiarē passionē/ quā ḡstan. vocat̄ squamaz
 nos aut̄ eam dicimus tinea/ leo q̄ ad modum
 tinee sup̄iorē cut̄ capiti corrodit substantiam ⁊
 q̄ inseparabiliter tenet eam. talis. n. passio p̄uri-
 tum in capite generat̄ imoderatū. de quo p̄uri-
 tu post ḡfricationem quedam squame dilabū-
 tur. Hec passio sepe euenit in infantibus p̄pter
 abundantiam sanguinis ⁊ mollicie ipsius cut̄
 ⁊ abundantia cibi amplior. Dis (vt dicit con-
 stan. /cibos subtrahimus. ⁊ tūc humore vicio
 sublato/ vnguetā ⁊ alia remedia adhibemus.
 Summū aut̄ lactantibus (vt dicit idem ḡstan-
 tinus) esse remediū/ vt apt̄ retrosum in auricu-
 lis venis sanguis c̄bat/ ⁊ c̄cus sup̄ locū do-
 lois calidus ponat̄/ ⁊ locus inungat̄. quia po-
 ros caliditate sua ⁊ subtilitate ap̄it/ ⁊ subintrā-
 do materiam diuidit ⁊ cōsumit/ ⁊ q̄ capilloꝝ
 radiabus illa squamositas adbere consuevit.
 sanari de facili nō potest nisi radicit⁹ de capi-
 te subtrahat̄. q̄ passio si inueterata fuerit/ vltē-
 rius vit̄ sanat̄/ vit̄ etiā tinea sanitati sic restitui-
 tur/ q̄n̄ sp̄ post in capite vestigiū relinquat̄.
 Item patit̄ caput exterius disp̄dium in orna-
 tu/ q̄n̄ vel capilli capiti defluūt/ vel caluescunt
 sicut. s̄. li. v. dictum est de capillis. q̄re ibi dili-
 genter. Item patit̄ caput in suis capillis quā-
 dam corosionem ⁊ indecentiam/ quā medici
 vocāt̄ surfuriscam. Nā aliquoties quedā squa-
 me ḡnis surfuribus similime oriunt̄ iux̄ radi-
 ces capilloꝝ in capite. ⁊ h̄ vel ex vitio cerebri/
 vel ex vitio fumi egredient̄ a capite ad numin-
 ram capilloꝝ. Sed h̄ immunditia mūdifi-
 cationis ablutionibus ⁊ medicinis diligētius
 est abluēda. sicut ⁊ pediculi ⁊ suriones ⁊ q̄i in-
 sensibiles h̄miculi quibusdam necessariis me-
 dicaminibus sunt de regimine capiti ammouē-
 di. Capiti passionibus sup̄ra dicta sic (ḡm con-
 stantinum) breuiter subuenitur. Si accidit do-
 lor ex humoris vitio sicut ex sanguinis vel al-
 terius humoris repletionē sanguinē de cepha-
 lica extrahimus debet̄ ⁊ ḡgruis medicinis cor-
 pus mūdificamus/ p̄cipue si in stomacho ma-
 teria fuerit/ vomitum puocamus/ ⁊ puenienti
 medicina educimus. mūdificatio corpe/ caput
 manus/ pedes/ aqua tepida p̄fūdimus vt po-
 ri aperiant̄/ ⁊ fumi facilius euaporent. Si do-
 let pars posterior venam latam in frōte aperi-

mus/ ⁊ sanguinem extrahimus. ⁊ pdest (vt di-
 cit ḡstantinus) vel tibias inferius scarificam⁹/
 ⁊ sic humores ⁊ fumus ⁊ spiritus qui cā sunt
 doloris a capite ad inferiores pres reuocantur
 Si ḡ pars anterior dolet fluxum sanguinis/
 a p̄nibus puocamus. ⁊ si fuerit humor calid⁹
 ⁊ colericus/ frigidis occurrimus medicis/ tym-
 pora/ nares/ ⁊ venas pulsantes/ aqua rosacea
 cum lacte mulier̄ masculuz nutriendū inungim⁹
 ⁊ somnum puocamus. Si ḡ pars materia fuerit
 frigida ⁊ viscosa in stomachi orificio posita di-
 gesta materia damus colaturam vomitus pa-
 triarche. sic de fundo stomachi conueniēti eam
 educimus medicina fouemus mediocriter vri-
 mur calidis/ ⁊ vnguentis dietam mediocriter
 calidam adhibemus/ ⁊ sic cōtraria ḡrijs cura-
 mus. Si vero fuerit dolor capitis siue humo-
 ris vitio/ excessu alicuius qualitatis/ tunc patiēs
 non indiget purgatione/ s̄ potius alteratione
 qualitatis ergo peccantibus/ adhibem⁹ ḡ-
 rias qualitatis. Si vero fuerit dolor ex nimia
 cibi vel potus repletionē/ sicut accidit nimius
 crapulatis optimum remediū est aquam ca-
 lidam bibere in maxima quantitate/ ⁊ tūc mo-
 dica mora inposita vomitum puocare. s̄forti-
 toubus si vis vri medicinis/ sic ante ad viaticū
 constātini. Sapientis industrie h̄ sufficiāt.

De catarro ⁊ fluxu capitis.

Udith. viij. Venit estus super caput
 manasse/ ⁊ mortuus est ꝛc. Causa ac-
 celerationis mortis mansisse fuit im-
 moderatus fluxus reumaticus in capite ad inte-
 riora defluentis/ ex violentia estus ⁊ caloris/
 humores capitis dissoluentis (vt tangit ber-
 ralis. n. fluxus a medijs d̄i catarrus. Et fit in
 capite multis de causis. Quandoq̄ ex calidi-
 tate aer̄ humores fluxibiles dissoluentis. quā-
 doq̄ ex frigiditate eiusdem cerebrum p̄stringē-
 tis/ ⁊ partes liquidiores educentis. quando-
 q̄ ex abundantia humorum p̄ incōtinentiam
 effluentium ex interiori calore dissolvente vt ex
 frigiditate comp̄mente vel exp̄mente. aliquan-
 do ex humiditate lubrificante/ quādoq̄ ex hu-
 morum liquiditate ⁊ fluxibilitate se diffunden-
 te/ quandoq̄ ex debilitate h̄rtutis retentive.
 Fluxus autem pueniens ex humorum nimia
 abundantia/ talia habet signa. habitudo cor-
 poris plethorica est ⁊ repleta. facies eius sub-
 tumida/ oculorum eminentia sup̄fluitatū oris
 ⁊ p̄narium abundantia cum corpore p̄grauitate.
 Caloris dissoluentis h̄ sunt signa. color in fa-
 cie rubeus cum rubore venarū/ maxie in oculis

De infirmitatibus

fluxus lacrymarum calidaz / mortificantium
oculos / & calefacientium ipaz autem calor sen
titur in profundo. / frigiditas pstringens bis co
gnoscitur signis. Color faciei est pallidus / la
cryme frigide / frigus sentit in profundo. Si
ho fiat et liquiditate humorum / coacta p multitu
dinem supfluitatum ab ore et naribus et eorum
fluidam sine coherencia distillatione. Si igit
supfluitas est in causa / curat supfluitatē edu
ctionem / maxime si ad spiritualia fiat fluxus /
et p humorū fluidi constrictionem. Si. n. fuerit
fluxus frigidus et humidus / maxime valēt in
primū calida et sicca / Constrictiva humoris et
presumptiva. sicut laudanuz / storax / casto
rium. Si autem fuerit calidus / restringat p fi
gidoz fomentationem / p rosarum in aqua plu
uiali decoctionem / et subfumigationem / et ipa
rum rosarum ad foramina narū applicationē
Attendendum est autem q̄ quādiu catarrus ē
in uehementia fluxus multū ephēmerum ē ap
ponendum / nullū fomentuz adhibendum / q̄
maior heret dissolutio. vt dicit Galen. nec aquā
debes capiti infundere / nisi forte aquam rosa
ceam vel salias / ubi caliditas est in causa.

De frenesi.

Dentro. xxvij. Perueniet te furore / et a
mentia / et stupore et. furore vocat fre
nesim / quā sic describit Galen. / frenes
is inquit est calidus apostema in quibusdam ce
rebrū pelliculis / quam sequuntur vigilie et alie
nationes. vñ a frenibus / id est a pelliculis cere
brum obvoluentibus frenesis dicitur. Accidit autē
duobus modis. vel ex colera rubea proprio co
lore et febrili leuiata / que furiosa effecta rapit
supius per venas / neros / et arterias. et collig
itur ad apostema. et fit vera frenesis. Vel fit ex
fumo a corpore ad cerebra ascendente et turbā
te / et fit parafrenesis. i. frenesis non vera. Pa
titur freneticus terribilia accidentia. s. sitim ni
miam siccitatem / lingue nigredinem / et aspera
tem molestationem / et angustiam nimiam / sit
copiam ppter defectum spūm et mutationem ca
loris naturalis in non naturalem. sit. n. rube?
si sanguis citrinus si colera est in causa. Acci
dit autem h passio calidis et siccis in tempore
estiuo. et hec omnia colore cooperant. parafre
nesis ho que generat et aliorum membrorum
colligantia vt est apostemate / stomachi vel ma
triq. Dis membris in status primū reduncti
bus / redit cerebrum et parafrenesis tunc curatur
Sed atq post apostema sit in substantia cerebri
tunc frenesis pessima est / et molestissima. et ido

periculosissima. Signa vero frenesis sunt vri
ne discoloratio / mathematica febris infantia.
vigiliaz instantia / oculorum nobilitas / et exten
sio dissoluta. manuum pectio / capiti commo
tio / dentium frendor / et collisio. semp volūt sur
gere de leco / modo cantant / modo rident / mō
plorant se custodientem / et medicantem libent
mordent atq lacere. raro silent. multum cla
mant. hī periculosissime egrotant et tamen se
egrotare incognoscunt. Cito igit bis subueniē
dum est ne pereant. et hoc tam in diēta q̄ medi
cina. Diēta enim debet esse tenuissima mica
panis / que in aqua pluries est abluta. Adedi
cina est. vt in principio caput infirmi abraclat
et cum tepido aceto abluatur. in loco obscuro
bene teneatur vel ligetur. diuersi vultus et pi
cture coram eo non ostendantur ne in tanta for
tificetur vel irretetur. silentium circumstantib?
indicatur. suis stultis verbis non respondeatur
In principio de medicina / vena frontis minu
atur / quantum potest testa oui capere sanguis
extrahatur. ante omnia in principio / si vultus
et etas permiserint de cephalica minuatur. me
dicina autem est digestio procuranda. et cole
ra extinguenda. super omnia vnguentis et fo
mentis somnus prouocetur. atq pulmone por
cino / vt pecorino caput rasū septius cathaplas
metur. tympora et frons atq succo lactuce / et pa
paueris liniantur. sic bis comunter ex bibitis
si adhuc perseverat infantia. per tres dies cum
insomnitate et vrine discoloratione / non est
de conualescentia spes habenda. Si vero inci
piat colorari et mala signa minui. sperandū ē

De amentia.

Amentia idem est qd inania. Est
autem inania secundum pla. infe
ctio anterioris cellule capitis cum
priuatione imaginationis. sicut me
lancolia est infectio medie cellule capitis cum
priuatione rationis (vel vt dicit. constā. in li.
de melancholia) Melancolia est inquit susce
ptio dominans anime quam timor est tristitia
induxerunt. Et differunt passionis iste secun
dum diuersitatem lesionis operationum quia
in inania principaliter leditur ymaginatio. in
alia vero ratio. Et generatur he passionis ali
quando ex abis melancholicis. aliquando ex
potatione fortis vini erurentis / et incinerantis
humores. aliquando ex anime passionibus. s.
sollicitudine / tristitia / nimio studio et timore. ali
quando ex morfu rabidi canis. siue alterius a
nimalis venenosi. aliquando ex corruptione

aeris pestiferi et infecti. aliquando ex malitia humoris corrupti dominantis in corpore hominis ad talem infirmitatem parati. Secundum autem diversas causas diversa sunt signa. Nam quidam damant. saltant. se et alios vulnerant. et in latebris latitant. de quorum dispositione et differentia supra habitum est li. v. ubi agitur de cerebri passione. horum medicina est ut ligentur /vra ppria vel aliena cessant lesione. maxime sunt tales recreandi et a sollicitudine et timoris causa et materia amoneudi. et in stramentis muscas lenificandi. medio criter exercitandi. et tandem si purgationis et electuariorum non sufficiant arte chirurgica sunt curandi.

De litargia.

D Eutero. xxviii. percutiet te cecitate alia littera stupore. Et vocatur stupor mentis secundum constantium. que quidam cecitas rationis que est. q. s. / nus / oculis clausis quando propter defectum spiritum anima non iudicat de visis sensibilibus nec discernit. sicut percussus fuerunt sodomite in foribus lotib. sicut dicit glo. gen. xxx. et supra vl. u. Hic stupor secundum constantium. fit duobus modis. quia vel accidit ex perturbatione rationis non aduertent. vel fit ex superfluitate humoris / vias spirituum in cerebro impediens ut patet in ebriosis. vel ex nimia frigiditate aeris nervos sensibiles comprimentis. ut patet in his qui congelantur in glacie vel in niue. fit etiam ex totius cerebri opilatione. ut patet in apoplecticis et in litargia hoc videmus. Stupor etiam dicitur membrorum rigor et extrematum corporis constrictione quando pro frigore membra videntur contrahi et dormire. Alio autem modo dicitur stupor secundum damianum. qui dicit. admirandum est stupor qui de re noua etc. Stupor autem prout hic accipitur est quedam somniculositas. que est quasi quedam dispositio sepe ad maximas infirmitatis et maxime ad litargiam que est apostema in posteriori cellula capitis generatum. et dicitur a letos quod est obliuio eo quod obliuionem inducit. fit autem frequenter ex stumate in senibus. et in hyeme per se autem nunquam prouenit / sed semper accidit ex precedenti aliqua egritudine. nam in quibusdam egritudinibus enuntium flegma actione febrilis caloris ebulliens rapitur ad cerebri et in posteriori cellula recolligitur ratione conformitatis et generat apostema. cuius signa sunt febris continua / vtrina discolorata et spissa. oppressio oculorum / falsus somnus / e-

ger vocatus vir respondet et si contingat respondere / loquitur aliena. supinus facit / et si super latus quo ad horam verratur / proprio impetu iterum supinatur. in extremitatibus notabiliter infrigidatur. Dorum remedium est ut eger in loco lucido statuatur. loquentium et disputantium assit garulitas. per pilos et barbam trahatur vehementius et etiam per capillos facies aqua frigida sepius perfundatur. pedes inferius confricentur. fumi fetidi inferius apponantur ut cornu capre exustum. et huiusmodi. disternium super omnia adunetur et apponatur. stenuatio prouocetur. caput abradatur / fricetur / et aperuatur / ut de sinapi et similibus fomentes. Stenuatio in hac causa optimum signum est si vero dormitatio perseuerauerit / et tremor cum motu brachy / et frendor dentium superuenierit / mortale est. Et est notandum / quod si de frenetico fiat litargicus / pessimum est. si vero e contra / bonum si de litargico quis in frenesim moueatur. De omnibus extrahunt de plate. et costant.

De vertigine.

I taut dominus in medio eius spiritum vertiginis. Isidore xix. Vertigo secundum constantium idem est quod sententia visus scilicet et spiritus sensibilis corruptela / qua omnia subito videntur voluentia / et tenebrosa. Causa autem huius est nimia humorum habundantia cum ventositate mixta. Nam humores mouentur in capite ventositate de corpore siue stomacho ascendente ad cerebrum. Si hec passio in solo cerebro sentit / patiens gravitatem in capite / sonitum in auditu / corruptionem in odoratu / et talis vertigo de facili non dimittit. Si vero et ex stomacho / patiens sentit abominationem in ore stomachi et dolorem / sed talis vertigo recipit in epilationem / quia ascendente fumo tunc vertigo incipit. quando vero non ascendit tunc dimittit. Dorum remedium est medicina purgatiua et flebotomia / si aliud non impediatur. Pedes infirmi in aqua sunt ponendi a vino abstineat aut dissoluatur. et etiam ab inflandis abis et a grossis. vomitus etiam leuis prouocetur / quia multum valet.

De vigilia.

V igilia est insomnitas / que est quedam cerebri passio quasi opposita litargie. Prouenit enim hec passio ex nimio motu cerebri et siccitate colore nybec siue

De infirmitatibus

nigre. ex intēperato calore/ & ex humoribus uis
mis salis. Ex his omnibus nascuntur vigilie
inordinate/ sequuntur angustie/ mutat color/ in
tenduntur sollicitudines/ cogitationes/ & alie
nationes mentis/ inrōnabiles suspitiones/ cor
pus subriliatur & deficcatur/ virtus digestiua
corumpitur. tota hominis complexio immuta
tur/ Palpebre & facies intumesant & pessime
passiones in corpore perantur. His cito ne pe
reant medicandum est/ horum facies & tempo
ra cum sopiferis inungant. lacte muliebri som
ni gratia perfundantur/ corpora bonis cibis
reficiant. De vigilijs. Quere. s. li. vi.

De Epilentia.

b Ecce in terram spumans &c. Hor
bus caducus a pstantino & alijs au
crozibus epilētia nuncupat. & h mor
bus ab antiquis ira dei vocabat. Est autem
epilētia (vt dicit pstantinus) humor humidus
quo ventriculi cerebri non pfecte opilant pro
bibens animam id est spiritum animale ad
deklarandum actionem suam quousq; ab illo
humore exopilauerit cerebro viam suā. Dicit
autem h infirmitas in passione peraxonem/ id
est facta passio quia factam partem corporis occu
pat. s. caput. Dicitur etiam hercidis. quia hec
passio fortis est vt hercules. Dicitur & morbus
caducus ab effectu. quia opilat/ nemis mem
bra que sunt instrumenta virtutum a regimine
spirituum de pauperantur & destrunt. & ideo
homines in hac passione compellunt cadere.
Est autem epilētia apoplexie vicina. Locus
enim idem est vtriusq; quia & materia vnde na
scitur frigida est & viscosa. In hoc autem diffe
runt. Quia apoplexia omnium ventriculorum
cerebri est opilatiua/ cum puatione rationis &
diminutione sensus & motus. Epilētia vero
non omnium/ sed pncipalium ventriculorum
cerebri est impediua. Dicitur autem ab epi quod
est sup & lenis quod est lesio/ quia supior p
cipue est lesiua. Dicitur & morbus puenlis/ eo
q; puenis sepe accidat. Puenis autem morbu
istum subito cadit/ obturqueturos & facies cu
remore ceruicis/ & rotius corporis/ cum pstricatio
ne dentium & stridore oris spumat/ & plures su
pfluitates emittit. Vocant autem medici epi
lentiam apoplexiam paruam/ que est ex tribus
causis/ vt dicit pstan.) quia vel ex humoribus
flegmatid vel ex melancolida nascentibus in p
ra cerebri. vel ex ventositate frigida & grossa ce
rebro vel aliauis membro dominare. sicut sto
macho. Est enim aliquis humor/ & nascit in il

lo membro fumus qui ascendit ad cerebrum/
cuius grossitudine vie animalis spūs opilant
& inde morbus caducus pcreatur. Hec passio
(vt dicit pstantinus) supuenit tempore deter
minato. vnde dicit Galienus. Epilētia (inque
que crescente luna venit sui materiaz signat eē
humidam. omne enim humidum crescente lu
na hz incrementum. que vero venit deficiente
luna frigidissima est/ sed tamen parum humi
da est. Epilētie autem tres sunt spēs/ scun
dum triplicem locorum speciem vbi fiunt/ scz
epilētia que fit in capite ex materia existente
tantum in cerebro. Analentia vero fit ex mate
ria existente in stomacho nō in cōcauitate/ sed
in vīs eius & arterijs ipius stomachi. p quoz
mediocritatem materia ebulliens rapitur ad ce
rebrum. Cathalētia fit ex materia existente in
extremitatibus/ vt in manibus & pedibus que
pprijs quidem signis dinoscitur. Nam catha
lecti morbum suum pferunt. Sentunt enim
receptionem quandam/ quasi formicarum vel
motum cuiusdam aure ex materia superius as
cendente/ & sepe p constrictione extremitatum
pferuntur a casu. & vt testatur Galienus. Isti
sepe febriunt/ quia sine caloris ebullitione/ ma
teria vir ab inferioribus posset rapi ad superi
ora. Analentia autem ex repletione stomachi
laborant & maxima indigestione/ & aboz eru
cuatione & abhominatiōe. Epilētia autem non pre
sentant/ sed continua capitis grauedine labo
rant. fiunt autem hec passiones quandoq;
ex sanguine/ sed potius ex flegmate/ Sepius
etiam ex melancolia. & cause iste p ppria signa
cognoscuntur/ maxime p corporis habitudinem
sanguineā & flegmaticam vel melancolicam/
per faciem rubeam vel pallidam seu liuidaz p
etatem/ per regionem/ p dietam. Si autem
fuerit ex melancolia in defectu lune/ ledit maxi
me & infestat. Si vero ex sanguine vel ex fleg
mate/ in plenilunio maxime se ostendit. De
passiones sunt maxime adherentie/ & eas cura
re difficile est. confert tñ eis & medicina & dieta
oportet vt a nociuis abis abstineant/ enā coi
tu & a vi nimia & frequentia boninum. quia
in talibus locis solet eos arius accessio occu
pare. Bonis abarijs & leuibus vtantur & tem
perate/ plus de mane/ minus aut nihil de ves
pere comedant/ vinum temperate bibant/ se
cundum medicinam purgentur/ secundum hu
moris peccant exigentiam. Experimentū pla
te. contra epilētiā tres sanguinis guttas di
cit esse per scarificationem a scapulis extrahen
das & cum ovo/ cui in fine accessionis patiet

offerendas. Dicit etiam oua corui multum conferre. Similiter dicit pioniam portatam et portatam multum conferre. Idem confirmat et Galienus et psalmus. et dyasco. Dicit enim coagulum leporis bibulum iuuare epilepticum. quia prohibet ne humor dissoluatur/que ascendens opilat cerebrum. Dicit etiam quod epar agminum assatum confert/si comedatur. Lapinum vero si detur epilepticis / mouet epilepticam. Multa alia dicit psalmus experimenta/de quibus nihil ad presens.

De Sternutatione.

Ob. xij. Sternutatio eius etc. Sternutatio (ut dicit psalmus) est violenta cerebri commotio/ad expellendas fumosas ipsius cerebri superfluitates. De diuersis autem causis nascitur. Aliquando. n. ipsa natura operatur/cum fumos superfluos sargit a cerebro expellere/qui vel causa sunt morbi/vel causa vitij. Humanum enim cerebrum humidius est cerebri aliorum animalium. Unde et humores ibi adunant/qui cooperante natura inde cum sternutationibus expellunt. Aliquando enim fit sternutatio potius vi morbi quam nature. sicut in corica accidit et in pleriplemonia. Aliquando autem habet fieri sternutatio si cannales narium humanarum curti sunt. unde cito ad cerebrum/nocua ab extrinsecus veniunt. sicut puluis/aer frigidus/calor solis et huiusmodi/que cum ad cerebrum veniant expelluntur a cerebro vigore/et motu suo/et inde fit sternutatio/que si fiat in acutis febribus si ueremate signum est laudabile. Signat. n. naturam portatam in expellendo quod sibi est nocuum. Si autem fiat cum reumate/malum signum est. signat enim materie exuberantiam. Unde sintonica est sternutatio et augmentus reumatis signat. et ideo in pleuresi et in similibus malum signum est et illaudabile. Sternutatio igitur cerebrum commouet et exonerat/ totum corpus conuertit et alleviat in suo exitu. Et violenta commotione aer in cannales narium strepitum facit. qui si plus debito post expulsionem superflui humi permanserit/ledit. quod nimis dissoluit. et aliquando quibus passiones excitat/et inducit. Restringatur igitur per medicinas. sicut per fumigationes stringentes/spiritus reparantes/et superfluitates plumentes sicut est camamilla in castrum/rosa/pteros et vigella et huiusmodi.

De Tremore.

Quis dominus signum in chaym. s. tremorem capitis (secundum glo.) strabi. Omnis (inquit Strabus) qui in uenerit me per tremorem capitis et cogitationes furiose mentis / cognoscat me reum mortis esse Tremor autem capitis qui et certitatio a constantino dicitur/ puenit ex defectu et debilitate virtutis regimie in neruis spondilium ipsius colli et in lacertis membrorum. In hoc autem morbo duo sunt motus/qui sibi sunt oppositi. alter enim mouetur sursum/et alter deorsum. superiorem vero natura opatur/ inferiorem autem morbus. Ad oribus autem inuitur membrum deprimere inferius/ sed natura que ipsum a suo regimine nondum destituit/ inuitur ipsum regere et disponere in propria dispositione. et ita sursum eleuare. et ideo ex tali motuum contrarietate surgit tremor. Causa autem inceptioms tremor/est defectus virtutis commouentis lacertos. (ut dicit psalmus) que virtus quibus deficit causa male complexionis/vel accidentibus anime. sicut ex timore propter spiritus confluentes ad cor. Unde membra ponderositate sua tendunt inferius/ unde quia natura non habet sufficientes spiritus ad membri regimie confluentes/ non ex toto potest membrum in sua consistentia detinere. et ideo sequitur statim tremor. talis autem tremor quedam dispositio est ad paralysim/ maxime si accidit dormitio frequens cum tremore/ cuius causa est frigiditas substantiam neruorum coagulans et consistans/ ne virtus sensibilis eam penetrare possit. Omnis autem paralysim cum tremore lenior est ad curandum quam illa que est sine tremore quia in prima non est omnino membrum destitutum a natura. sicut est destitutum penitus in secunda. Talis itaque tremor vna cum dormitione calefactiuis/et confortatiuis/et dissolutis et presumptius curabitur medicinis. sicut est theodorichon/ peralogo dum/et similia. valent et balneationes/ fricationes/et curis calidis et aperitiuis herbis subfumigationes/ ut porri clausi aperiantur/ ut humores superflui plumentur ut spiritus excitantur/ ut nerui confortentur.

De Spasmo.

Spasmus est neruorum violenta contractio motum voluntarium auferens vel retardans. Talis contractio puenit aliquando ex nimia repletionem. quandoque ex inanitione. quandoque ex nimia in frigidatione. sicut est videre in manibus et labijs infrigidatorum/ quod vix deba formant/ vix ena digitos

complicant aut recurvant. *Contractio* vero ex tali extrinseca infirmitate soluitur in calore & alia non indiget medicina. *Caueat* tamen patiens ne nimis subito forti calori se exponat quia ex subitapercussione frigiditatis ad nervorum extremitates dolorem non modicum patitur. *Contractionem* vero causatam ex inactione hec se signa dedarant. precedit enim aliquando fluxus immoderatus sanguinis / vel ventris / vel matricis. Aliquando labor / vel abstinentia supra vires laborantis vel abstinentis. Aliquando immoderatus calor in corpore hominis per acutas febres patientis. Aliquando profunditas & dolor vulneris / acumen / & fortitudo assumpti medicaminis. In his omnibus accidit spasmus ex nimia nature deficcatione & substantialis humiditatis consumptione. Unde corrugatur nervus & sibi / sicut pergamenum positum in igne. & ideo via spirituum per nervos interceptitur / & virtus vite regitiva impeditur. *Omnis* talis spasmus si diu duraverit / mortalis est. Unde dicitur in amphorif. Spasmus ex celerico vel ex colerico mortalis est. Isti tamen spasmus in principio confert calidum lac mulieris si super musculos faucium / super spinam & collum & radices nervorum profunda vndiq; ad idem valeria aqua cum oleo si fuerit cum lana succida super locum nervorum fomentata. Tertium vero genus spasmus est sepe ex repletionem / qui solet accideret pinguibus & carnosiss / & ingurgitatis / qui ex effusione nervorum & dilatatione facilius soluitur. quia cum unguentis / Calidis balneis / sternutationibus / & gargarismis curatur. (vt docet constantinus) huic contractioni si febris supervenerit / summum remedium erit. vnde dicitur in amphorif. Spasmo & thecauo febris superveniens / solvit egritudinem. Istius autem spasmus triplex est species. sepe epitestaus / scilicet quando nervi posteriores spasmanantur. & epicothenus sepe quando anteriores nervi contrahuntur & cethanus / quando sepe anteriores & posteriores contractionem patiunt. In his tribus non est perfecta cura quando accidunt ex inactione. vt dictum est.

De Paralysi.

p Paralysus est lesio partis humani corporis cum diminutione vel privatione motus vel sensus vel utriusque. sicut. n. quandoque ex frigiditate stringente. quique ex humore opilante. aliquando ex calore consumente & nervos sensibiles corrugante. aliquando ex vulnere ner-

vos incidente vel dividente. Ex istis enim causis & alijs denegatur transitus spiritus animalis ad instrumenta sensus atque motus. vnde si nervi sensibiles & motivi ex toto sunt opilati vel incisi efficiuntur membrum pariter immobile & insensibile. si vero plena non fuerit opilatio vel transitus spirituum denegatio fit ibi ex materia depimente & virtute regitiva erigente tremor. sicut dictum est. Dabit fieri specialiter paralysus ex superfluitate ciborum & maxime potuum / ex quibus fit nimia humorum generatio & dissolutio & inde nervorum consequitur necessario opilatio. sicut etiam ex frigiditate nervos constringente / quandoque est cum bonia alterius morbi / sepe quoniam minor apoplexia in paralysi terminatur. Est autem paralysus alia uniuersalis / alia particularis. Uniuersalis est que recte mediam partem occupat hominis infirmitatis. Particularis est que occupat partem unam. vt manum vel pedem vel linguam. Item materia ipsius opilationis inducentis paralysim. Quandoque est in origine nervorum. quandoque in ipso membro paralitico / si in origine nervorum sit causa stupor & insensibilitas est circa loca vicina. vt in facie vel in principio dorsii. si vero in ipso membro paralitico / tunc ipsum patitur tantum & non superiora vt dicit Galienus. qui dicit se amouisse emplastrum quem sophista posuerat super malum & posuisset super collum. Ex quo patet quod secundum varietatem locorum morbi debet variari modus medicine. Paralysus ex incisione nervi penitus incurabilis est. Similiter paralysus uniuersalis in omnibus membris & maxime in sensibus vix curatur. circa iuvenes tamen citius & efficacius operatur medicina. Primo ergo in paralysi mollioribus & relaxatiuis tam interius quam exterius exhibitis insistendum est. deinde deficcatiuis & constrictiuis. Si vero primo deficcatiua vehementer apponerentur liquidioribus partibus presumptis / reliquum magis inspissarentur / Et sic compactius effectui ad dissolutionem & consumptionem inobediens redderetur. & ideo predicto modo ante est procedendum. Congruis igitur medicinis interius purgatiuis puenientibus etiam unguentibus exterius membra molliucentur / salvia & castoreo in decoctione vini vrantur. Alias vero medicinas quere in platea. & in viatico presant.

De dolore oculorum.

Dolet dolor accidere oculis aliquando ab exterioribus. sicut a vulnere primum tatem oculorum dissolvente / a puluere

tenerā substantiam oculi perturbante / a fumo
oculos obfuscante / vento frigido spiritum vi-
sibilem repaunente / ab aere calido dissolvente
a nimia solis vel alterius lucidi corporis clara-
te. spm̄i disgregante. a nimia tenebrositate spi-
ritum visibilem pculante. ab inordinata die-
ta 7 ebrietate p̄tinua visum ebetante. a vene-
rea voluptate p̄snera spiritum 7 humorem cri-
stallinum corumpente 7 dissolvente. aliquan-
do ab interioribus vt ab humoribus calidis /
Item Aristo. arbores variant in figura. nam quedam sursum. quedam deorsum. quedam inter hec tenent mediam. Ille enim in quarum medulla viget humor subtilis quem mouet et attrahit calor ad superiora piramidant id est formam pyramidalem et modum flame que ascendit in communi virtute ignea eleuantur. Ille vero in quarum medulla viget humor grossus et aquosus inferius deprimatur et angustantur unde et ille partes sua grauitate inferius mouentur et in grossum in parte infima coartant. In quibus vero erit humor medius inter grossum et subtile et temperata pars ascendit sursum. et erit causa eleuationis. et pars deorsum. que erit causa ingrossationis. unde secundum maiores vel minorem digestionem illius humoris in radice vel medulla. solet magna apparere arbor in figura. Nam necessaria est prima digestio in radice ad eius incrementum. Secunda vero necessaria est in medulla propter completionem maturationem dilationem et conseruationem. et sufficit ista duplex digestio ad plantarum completionem. Tercia vero in folijs animalibus reperitur (vt dicit Aristo. et exponit albu.) Item diuersificant arbores in folijs et in annis secundum multitudinem humoris vel paucitatem. et caloris fortitudinem vel remissibilitatem. Nam si calor fuerit fortis et humor multus. multa in exitu erunt folia atque rami et e converso. et secundum raritatem humoris abilis ad desiccationem et consumptionem desiccantur ipsi rami cadent folia et remanebit arbor vacua atque nuda. et in contrarijs modo contrario se habebunt. Item vt dicit Aristoteles non solum piramidantur spine in arboribus. verum etiam eadem figura inuenitur in folijs et fructibus. quia si meatus plante fuerint amplii et valde rari in principio humoris. et post siccitate vel frigiditate constringantur. folia et fructus inferius ingrossabunt et in superioribus gracillabuntur et piramidantur. et hoc propter attractionem leuioris partis humoralis ad superiora vi coloris et repulsionem humoris grauioris ad superiora et densioris. Conuenit tamen folium quam fructum sepius acui in extremitatibus et piramidari scilicet quando virtute et raritate humoris superioris pericula laniatur in parte inferiori. cauda etiam existente humor in medio distendit. et sic substantia fructus vel folij in medio dilatatur et utraq; extremitas propter dominium ignee virtutis in eodem quodammodo ducit et subtiliat et sic in pyramidam transformatur. Item ibidem dicit Aristo. quod arbores et plante quedam faciunt flores ex humore valde subtili et etiam

potentia existente in eius medulla non tamen per omnia temperata nec digesta secundum ultimam fructus completionem. disposita tamen ad fructus productionem. Quedam autem arbores propter miniam humoris viscositate non habent flores. quia ille humor non potest subtiliari et propter suam vinctuositatem in subtilitatem floridam dilatari. vt patet in ficu. que non habet flores ex causa iam dicta. Quedam etiam non habent flores propter humoris liquiditatem quia non potest inferioris subtilitatem coagulare. vt patet in palma. et similibus. vt dicit Aristoteles. et ideo secundum diuersitatem materie in qua diuersimode agit calor diuersi colores in floribus tam herbarum quam arborum generantur. Sed ista prosequi non est presentis negocij. et ideo de eis ad presens propter tedium fore arbitror quiescendum. Tamen alias superaddit arborum proprietates in fine libri quas non reputo contemnendas. Dicit enim circa finem. Planta inquit habens grossum corticem multam extenditur in altitudinem. et hoc propter extensionem humoris et impulsum caloris. Nam grossitudo corticis humores recipiens. non sinit illum defluere nec etiam propter suam densitatem permittit calorem poros euaporare. ex qua necesse habet se diffundere et dilatare. vt patet in pino. in palma et similibus. vt dicit Aristoteles. Idem ibidem Arbores habentes lacteum humorem magnam habent vinctuositatem et calorem fortem in radice et ideo resoluuntur humores usque ad exteriora arboris. et generantur gumme aliquando liquide. aliquando ex exteriori aere frigido congelante aliquando etiam in modum lapidis vel conculle indurante. et hoc accidit aliquando ex frigiditate et costringente. aliquando ex caliditate liquidiores partes educente et consumente. et grossiores copingente. sicut ibidem dicit alniredus. Item idem ibidem. Arbores quedam alterantur secundum temporum alterationem quia in estate virescunt. in hieme palescunt. et tamen folia sua non perdunt nec pericunt. fortem enim habent calorem incorporatum. et ideo calor fugit ad interiora arboris et etiam foliorum a facie frigidi aeris hiemalis. et ideo exteriora pallida et glauca fiunt. et non cadunt folia propter viscositatem humoris et incensam fortitudinem caloris. Item ibidem. Arbores facientes fructum in principio faciunt fructus amarus. quando scilicet nouiter sunt plantate. et in eorum fructu tunc dominatur amaritudo vel ponticatus sapor scilicet accedens ad amantudinem / cuius causa est:

quando prima digestio acida est et ponticita ppter humoris attracti grossitiam et terrestri tatem. et propter caloris digerentis pauca rem et debilitatem. et ideo generatio talium fructuum est ppter dulcedinem. quia ipsorum humor crudus remanet et indigestus. Sed ppter firmam calorem et augmentato humore depurato. calor digerens humorem ipsum efficit lapidum atque dulcem quod ut ibi subdit aristoteles etiam amarum in ignem missum dulcescit et hoc accidit. ut dicit al. ppter illam quam recipit a virtute ignis digerentis imutationem. Item ibidem. In locis acidis frigidis. scilicet atque siccis aliquando producantur fructus dulces quia calor innatus intra acetosum humorem indusus per calorem solis ad inus digerit illam acetositatem et conuertit in dulcorem. et erit fructus dulcis quantumvis acida sint folia. et etiam extremitates in quibus non est tanta digestio et caloris operatio quemadmodum est in fructu. Contingit tamen aliquando quod propter superuenientem nimiam adustionem. ille fructus prius factus dulcis conuenitur in amaritudinem propter superfluum calorem et humoris residuum paucitatem. Item ibidem dicitur. In locis spatiis aeris ante dies vernalibus fructus celerius maturescunt. propter calorem sufficientiam et aeris exterioris dispositionem temperatam. Item ibidem. Quedam sunt arbores que primo faciunt fructus dulces deinde ponticam efficiunt et amari. sicut arbores mirabolanorum. Cuius causa est (ut ibidem dicitur) quia arbor talis habet fructus magnetis. etiam in hora digestionis. amari enim meatus earum sunt magis et amplius sequitur calor sufficiens perducere humorem maternalem ad fructum et maturabit fructum. et ideo huius fructus in digestionis principio erit dulcis sed post calorem existens in meatus consumens humorem inducit siccitatem quia restringit meatus et poros. ita quod nec calor nec humor poterit ad locum fructus peruenire. mutatque frigiditatem et siccitatem calorem et humorem propter quod alteratur fructus in ponticitatem. eo quod prohibetur omnis ascensus siue accessus caliditatis innati et humoris per constrictionem indutam a siccitate et sic erit frigiditas viscens in fructu propter defectum caloris et erit fortis ponticatis propter iuncturam siccitatis. Sed tandem calor innatus eleuatur ad locum fructus et figuratur per calorem solis. propter quod vincit iterum frigiditatem et inducit incensam raritatem et siccitatem et sic erit fructus amarus. In arboribus plantandis etas lune maxime consideranda est Nam que plantantur in plenilunio recto

ut in recto nouilunio minus. Qualescunt. et si sua fuerint fructum faciunt verniculosum. et fructus tunc plantate arboris citius putrescunt. Sicut et arbores que tunc de terra plantantur minus durant et citius a vermibus corroduunt. ut dicitur. Constan. Rationem querere supra. li. viij de effectibus lune. Item inter arbores et eius fructum est quoddam retinaculum quod fructus adheret arbori sicut fetus per umbilicum adheret matri (ut dicitur. Constan.) et illud retinaculum primo est debile et laxum et attractius humori adhuc vicinum. et ideo fructus de facili tunc exantur si cum fortioris venti impulsu tunc temporis arbor moueatur. sed post paulatim calore humorem indurante fortius adheret et fructus ita de facili non auccedit. sed in fine fructu maturato et debitam quantitatem perducto arefcit illud retinaculum vel putrescit et ideo fructus de facili moritur tunc ad casum. Et quanto arbor profundius figit radicem tanto maior attrahit plus humoris. et fructifera est. plus abundat in folijs. fructibus. et ramis. Item arbor superfluis absatis melius fructificat. nam talis humor transit in fructus que alias transiret in nutrimentum superfluum. Nec de natura et proprietate arborum in generali dicta nunc sufficiant.

De amigdalos.

Amigdalus est arbor mature florens. Et dicitur h. amigdalus pro arbore et hoc amigdalum pro fructu. unde quidam ait. Sicut matura mora pira ficus amigdala mora. tamen amigdala le. iucunt pro fructu in sacra pagina. Numeri xvij. sacra enim scriptura (ut dicitur. Dieter.) non vult se semper subijcere legi gramance nec vult illius arte regi (Fido. aureli. xvij. sic d.) amigdala greca dicitur est que latine nucifera vocat. hanc nuculam. multi vocant quasi mmore nucem. de qua virgili. Cum se nuc longa siluis induit in florem. Lunctis enim arboribus prior se floribus conestit. et ad inferenda prima arbusta sequentia preuenit (huicque Fli) de amigdalos d. Ansto. in li. de plantis. quod indigent cultura. maxime quando sunt antique unde si dauis perforentur. emittunt quoddam gummi. et depurabitur humor in medulla. qui materia est ipsius fructus. et ideo plus fructificant amigdalos bene culte quando sunt antique quam nouelle. Duplicem autem fructum fert amigdalus scilicet dulcem et amarum (ut dicitur in placita.) et dulcia amigdala vtilia sunt ad cibum amara vero ad medicinam. sunt enim calida et sicca

De dulci amigdalō dicitur dīa. q̄ si recens cū suo
foliūlo comedatur, p̄dest stomacho. s̄z caput
grauar caliginem nutrit venere m̄ accendit som-
num facit ebrietati resistit. Item dicit idem q̄
si vulpis comederit amigdalām morietur. Se-
pe enim q̄d medicinale est homini/venensufz
7 mortiferum est alteri animali 7 eōuerso. Itē
idem s̄fere tota arbor amigdalozum amaroꝝ
est medicinalis. Nam radix eius elixata sine co-
cta 7 mira/maculas vultus tollit. 7 purgar faci-
em quādo inde est linīta/dolorem capitis ma-
xime mitigat/ 7 etiam vulnera putida unīto
melle mundificat ac sanat cortex etiam 7 folia
sunt mūdificatiua extenuatiua/ 7 sanatiua.
oleum aut̄ de amigdalīs extractum/vermes et
lumbricos in ventre necat/mēstria puocat/et
purgat cōtra surditatem efficaciter inuat 7 auri-
um saniem mūdā 7 desiccāt si tepidum auri
stillatur. (vr dicit diascor?) Item flores eius
decocti in oleo caducos/ 7 litargicos excitant/
cum melle triti moribus canis obuiant/ vice/
ra sanant. gummi quod de amigdalīs exsudat
mixtum portiom sanguinem reicientes inuat. 7
sic patet q̄ parū vel nihil est in amigdalō q̄d
nō pueniat medicinis. vr ostendit diascorus.

De Abiete.

Hic nōmē est arboris sic dicte ab
eundo/ eo q̄ p̄e ceteris arboribus
longe abeat 7 in altum altius se ex-
tendat. cuius natura est (vr dicit Iſido. li. xvij
q̄ est ex ps tenem humoris. 7 ideo terribilis est
atq̄ leuis. Et abiete aut̄ dicant̄ abiena ligna
vel alia que de abiete cōponunt. 7 abietarius
dicitur qui aliquid de abiete opatur. (vr dī. Iſi-
do.) Secūdum ansto. autem abies est arbor i-
altum se extendens plurimū habens raritatis
in substantia 7 subtilis humiditatis. 7 ideo ca-
lor eius naturalis a solis calore fortificatur q̄
illam humiditatem de facili eleuat/ 7 p̄ sursum
mittit 7 sic ipsam in arboris substantiam con-
uertens/ arbozem altam facit. Est etiaz arbor
inire rectitudinis parum vel nihil habens tor-
tuositatis/ 7 hoc p̄pter virtute caloris 7 eq̄li-
tatem humoris operationi caliditatis obediē-
tis. 7 ideo directe sine aliqua tortuositate sur-
sum eleuatur. Quauis enim abies generet̄
ex humore leui 7 subtili/ illius tamen humoris
supfluitatem reiat natura ad eius supficiem. s̄.
inter lignum 7 corticem/ 7 ibidem a calore exte-
riori inuisat/ 7 in naturam resine cuiusdā odo-
risere transmutat̄ proptereandem etiam visco-
sitate inunctosam ligno abieno incorporatā
abies igni apposita facillime inflammat. va-
rijs insuper edificiorum structuris abies acco-

mo datur/ 7 maxime propter suam rectam alti-
tudinem/ 7 formam pyramidalem/ vel ad edi-
ficationem nauium vtiliter adaptat.

De aloes.

Zoa arbor est aromatica que in in-
dia generatur (vr d. pap.). 7 ē arbor
odoris suauissimi atq̄ fragrantissimi
cuius p̄tula vice timiamatis altatib' a dolet.
vñ nomen traxisse dī. De ligno aut̄ aloes dicit̄
in plāte. aloes est lignum calidum 7 siccat q̄d
reperitur in magno flumine babilonis cui ti-
gris cōiungitur fluuius paradisi. vnde a pluri-
bus creditur q̄ predictum lignū inter paradisi
arbores oriatur. 7 casu aliquo vel impulsu de
paradiso illud educatur. habitantes aut̄ iuxta
fluuium/ missis rebibus in flumen/ lignum in-
tercipiunt 7 reseruant vsui medicinē. Mul-
tum medianale est. Est enī lignum aloes triplex
vr dicit constan. in lib. graduū. primum est val-
de ponderosum 7 q̄d est nodosus est valde aro-
maticum 7 est sub amari saporis/ sub nigri ca-
loris 7 lubrifi. 7 cōtitioni dentium non omni-
no resistens. Dicit etiam q̄ cuz masticat/ statim
odor aromaticus uidetur attingere cerebrum/
7 quodāmodo replere. Secundū gen' est mi-
nus ponderosum nec adeo aromaticum nec a-
marum. Tertium gen' est subalbidum valde
lene/ nec est alicuius saporis 7 pui odoris nisi
sit aliunde coaptatum. Sophisticat aut̄ lignū
aloes cum quodam ligno sibi simili in ponde-
rositate 7 nodositate/ 7 modico aromate. Et a
quibusdam lignum aloes siluestris nuncupat̄
hoc lignum cōfretur cum plumbo vr color im-
muretur. 7 addita supfluitate aurium/ vr fiat
aliquāulum amarum 7 subrufum 7 ponit in
decoctione optimi aloes enim mirro/ vr fiat val-
de aromaticus. 7 sic fit vr vix ab optimo discer-
natur. cognoscitur tamen qz dnrissimum est et
masticationi dentium omnino resistit. 7 dum
masticatur sapor amarus interius vero nō sen-
titur. lignum aloes stomachum confortat dige-
stionem parat/ debilitatem cordis ac cerebri
confortat/ circa sincopim 7 cardiacam maritime
passionem inuat. nam cōtra omnes cordis pas-
siones 7 debilitates ex frigiditate puenientes
valet vinum decoctionis aloes. Sed qz vinū
inde fit amarum/ modicum apponatur. 7 pro
delicatis cum aqua rosacea vinū temperatur/ 7
tale vinū poterit diu reseruari. qz a ligno mul-
tū imutatur. eius fumus p̄ nares receptus/ in
frigiditatem cerebrum calefacit/ debilitatū cō-
fortat. Et vr laudes eius condudam/ in oib'

corporis debilitatibus subuenit et adiuuat/si quis modo debito vti sciat/ buaisq; platea.

De Aloe.

Zoe etiam dicitur cuiusdam herbe succus/ que herba aloem appellatur.

hec herba in iudicia et persis et locis plurimis reperit. cuius succus exprimitur et ad ignem decoquitur/ et post soli exponitur et exsiccatatur (vt dicit platea.) aloe etiam tria sunt genera. scilicet citrinum/epaticum/et caballinum. (vt dicit platearius.) et differunt iste tres species in bonitate. nam bonum est caballinum/melius est epaticum sed optimum est citrinum et discernitur ex colore citrino et niso et precipue cum frangitur puluis apparet ac si esset puluis croci. et est eius substantia dura maxime quando confringitur per minuta frusta et quod frangitur ex eo minus fetidus est et minus amarus. Epaticum vero aloe assimilatur epaticum colore/coloris enim habet epaticum idem nigrum et foramina quedam velut ora venarum. obscuram etiam habet substantiam et non claram/ et est amarius quam citrinus. Caballinum autem aloe nigrum est et obscurum et feculentam habet substantiam et amarissimum saporis et horribilissimum odorem. Sophisticatur autem caballinum ita vt videatur epaticum vel citrinum cum puluere croci et aceto/ si decies in illo intingatur et desiccatur/ et tunc innouatur eius color et odor et citrinum vel epaticum videtur. discernitur tamen quod dum frangitur et digitis confricatur/ statim fetidissimum sentitur et amarissimum inuenitur. quod non est in epatico et citrino. omne autem aloe quanto de sui natura est minus amarus et minus fetidus/ tanto est magis laudabile. aloe autem quauis ex natura sit amarum/ tamen mirabiliter est vtile et salutarium. nam flegma coleram et melancoliam mundificat atque purgat/ membra nervosa confortat/ stomachum a viscosis humoribus et non citius euacuat/ caputa dolore releuat/ quando fumositas stomachi caput granat visum clarificat/ splenem et epatodeopilat mensura puocat in corpore discolorato bonum colorem generat/ ab hidropo corpore preseruat/ et in principio curat/ puluis eius cum melle datus lumbricos idest vermes ventris necat/ fluxus capillorum prohibet et a canicie preseruat/ arthricos iuuat/ pruriginem oculorum placat/ membrorum genitalium vlcera sanat/ putredinem oris et gingivarum mundat recentia vulnera sanat/ consolidat/ mundificat/ et desiccatur/ amarus est oris sed dulce stomacho/ stomachum enim infrigidatum et debilitatum confortat/ et digestionem adiuuat et procurat. Decemnia de diascoreto plateario et auicenna extracta sunt.

De arundine.

Rando est media inter herbam et arborem. herba quidem robustior et durior. sed arbore est fragilior. ceteri? plana/ et inter? vacua et caua/ nodosa/ et lenis/ in paludibus nutrita/ venter cedens/ de facili manum ledens. De arundine dicit Plinio. lib. xvij. Arundo est dicta eo quod aro arefcatur. in indiciabus autem stagnis crescant arundines ex quarum radice expressum suauissimum succum bibunt. vnde et varro dicit. In dicit non magna in arbore crescit arundo. Plinius et lenis premitur radicibus humor. Dulcia cui nequeunt succo contendere nulla

De Armonio.

Armonium. vt dicit Plinio. lib. xvij. est vocatum. eo quod habeat odorem veluti cinamomum. Nascitur in Syria et armenia. cuius fructus botros siue

femen reddit sibi conexus habens florem album similem viole et folia similia briome odore etiam suo prebono somnum suauificat. Armonium siue aromen est herba odorifera. vt dicit Dioscoridus. et est coloris subbruti/ folia habens coniuncta et semina copiosa habens ad modum viole florem album Est et armonij triplex species. quoddam cui est aromaticum/ et illud ceteris est nobilissimum fuluigi quiddam coloris/ sed odoris optimum/ et virtutis maxime ac valoris. Aliud est quod crescit in locis humectatis et aquosis et est leue/ tactu saporis exprimens atque gerens. Tertium vocatur pontuarum rufum non longum. Est autem eligendum quod est recens et album semine plenum. super virgas purpureas expansum maxime odoriferum et pouderosum quod masticatum/ quodam acuminis mordet linguam. Unum habens colorem/ non varium/ non diuersum (vt dicunt auicenna. et Dioscoridus.) omne armonium habet secundum eosdem auctores virtutem calefaciendi et etiam desiccandi. itibus scorpiorum occurrenti. sua decoctione in aqua oculum fouendi et a suis doloribus releuandi. habet etiam virtutem dolorem viscerum sedandi ventositatem extenuandi/ et mensura puocandi. cuius elixatura siue decoctio sumpta habet virtutem freneticis subueniendi/ epaticos adiuuandi/ et etiam podagris succurrendi. in omnibus siquidem antidotis nobilibus receptis et medicinis solet armonium sepius adhiberi. Quis loco ipsius multi aliam herbam armonidem. scilicet ei quidem in colore simile sed in odore et virtute penitus disparem apponere sunt conseruati. vt dicit auicenna.

De arboribus et plantis.

De Aneto.

Netum est herba cuius semen cōfili
mili nomie est vocatur cuius semē
primo conuenit medicine/radix se
cundario /sed tertio ipsa herba. cu
lus semē pōt seruari ad triennū in magna effi
cacia. (vt dicit dia.) melius tamen est vt singu
lis annis renouet. cui⁹ radix adhuc vridis ali
cuius est valoris /sed desiccata nullius. vt dicit
idem. habet virtutem diureticam calidaz ⁊ ap
peritiuam ⁊ cōpactorum diuisiuam /venenosi
tatis ⁊ inflationis cōtenuatiuā (⁊ rōsionis vē
tris ⁊ viscerū mitigatiuā. Item virtutes habz
calculi cōfractiuam /mēstruorum puocatiuam
⁊ meatū vnalium apentiuam /singultus et
plenitudine amputatiuā /somni puocatiuam
duraz collectionum in corpore resolutiuā si co
ctum cum oleo per emplastri modū apostemari
apponatur. Item flos eius cū vino coctus do
lorem capitis aufert si inde caput fomentetur.
Item cinis eius vulue stillanti appositus ip
sam reprimit ⁊ desiccatur. Item decoctum aneti
oleo ngorem neruozū laxat ⁊ multis alijs sub
uenit passionibus. vt idem dicit.

Nisum easdem habet virtutes q̄s
⁊ anetum. sed saporem habet dulci
orem ⁊ eius semen magis minutū
⁊ rotundum ⁊ a multis vocat̄ dulci
nium. vt dicitur in platea. virtutem habet dis
soluendi /cōsumendi ⁊ ventositates deshuen
di /digestionem confortandi /opilationes epa
tis ⁊ splenis apeniendi /calculum confringēdi
mensrua puocādi ⁊ omēs meatus intentores
aperiendi ⁊ emendandi. ⁊ ideo quāuis sit in
quantitate semen minutissimum /est tamē mul
tum vale in virtute ⁊ plurimū saluiferum.

De Allio.

Allium ab olendo est dictum. eo q̄
olet (vt dicit Isido. lib. xvij.) cui⁹
odor est tam fortis q̄ omnes alios
odores reprimit /superat ⁊ fetores
⁊ ideo per loca corrupta necessario transituri /si
ue loca putrida purgaturi /fortissimis se muni
unt alleis. Secūdam diascorum allium mul
tas habet virtutes ⁊ tam bonas q̄ malas pro
prietates /q̄ ex diuersis componit virtutibus (
vt dicit idem) ventrem siquidem ⁊ stomachum
turbat /siccatur /sitim mouet ⁊ corpori appositū
corpus vlcera ⁊ vulnerat. ⁊ si nimis a colericis
sumatur in vsu /corpus inflammēt /desiccatur /
lepram generat /inaniam ⁊ frenesim excitat /vi
sum ledit ⁊ etiam ebetat ⁊ ideo colerico natura
liter nocet. nam coleram tubeam cū generat ⁊

adustam multiplicat ⁊ augmētatur /flegmaticā
⁊ frigidis multū confert. Est autem duplex eius
genus scz domesticum ⁊ siluestre quod scordi
ona medicis appellatur /cui⁹ flos debet recol
ligi ⁊ in medicinis apponi vel admisceri. non
enim operatur cum impetu sicut solet domesti
cum operari. Alij domesticū capitibus maxime
vntur /in cuius natura multiplex efficacia re
penitur. nam preapue habet virtutem dissoluē
di ⁊ consumendi ⁊ expellendi venenum ⁊ omē
venenosum. vnde non sine causa vocatur ab ā
tiquis doctozibus tinaca rusticorum. vt dicit
diasco. maxime autem valet contra morsū ⁊ ve
nenum canis rabidi si cum sale ⁊ ruabus inte
nus accipiatur addita herba ruta. hec enim qua
ritoz ad muticem conterantur. ⁊ ad quantitatez
magne nudis patienti sepius offerantur ⁊ hoc
cum vino. eadem enim confectio super morsū
exterius apponat. vulnus enim sanat ⁊ vene
num attrahit ⁊ cōsumit ⁊ a periculo liberat ac
preseruat ita efficaciter sicut tinaca. Item allū
virtutem habet appetendi inadendi humores
grossos ⁊ consumendi. Et ita valet calculo
sis ⁊ stranguriam patientib⁹ idest difficultatez
vrinandi. mensrua autē puocat ⁊ emūdat ven
trem. lumbicos ⁊ alios vermes in ventre inter
ficiat /si cum pipere ⁊ succo mēte ⁊ acceto ad mo
dum salte offeratur. dolorem illozū ⁊ lumboz
allium mitigat /si mūdatur ac nitur ⁊ cū oleo
coctum super doloris locū ad modum empla
stri apponatur. valet etiam p̄tra morpbeā idest
lepram cuius si vbi est morpbea locus scarifica
tur. ⁊ post eam allio trito fricetur ⁊ cataplasme
cōtra serpentum morsus valet /si tritum cū lau
rino oleo apponatur vt dicit dia. Item by
dropicis prodest qz humorem inter cutancum
consumit ⁊ desiccatur /et tumorem sedat gran
dia /ei crumenta vulnera ⁊ sordida purgat ⁊ cō
glutinat ⁊ sanat /si puluis alij cōbusti superpo
natur. coctum etiam alliu⁹ cum aquā fontana
omnem dolorem loci ⁊ tumor tollit. cauenduz
tamē est ne cōtinue in abis assumatur qz mul
tum noceret oculis. vnde versus. Allia vina ve
nus puluis ven⁹ faba fumus. Ista nocēt ocu
lis sed vigilare magis. Secūdam aristo. autēz
lib. de plantis. allium habet similitudinē cū
lilio a cōmunicat cum illo in dispositione capi
tis ⁊ in tunicellis ⁊ habet virtutem sementiaz
in tunicellis radicis sue ⁊ in granis suis natis
in summitate haste sue. ⁊ ideo cepula allij posi
ta in terraz pducit plantā. Similiter ⁊ eius se
men. ⁊ habet tunicas multas ⁊ folia piramida
lia ⁊ hastam cauemosam ⁊ porosam. Allium
etiam sicut ⁊ liliū primū facit semen stupidis

Cōtra morpbeā

sui in tenui folliculo in grana coniungitur. cepa vero non contingit grana sua / sed in pediculis siue pedibus paruis nutrit ea / et emittit. facit etiam radices capillares sicut lilium et sicut crocus et huiusmodi. Sed in hoc differunt radices allij a lilio quia non ramificantur in allio sicut ramificantur in lilio .et sicut allium renouat lilia ita renouat radices et semel tantum emittit semen scilicet in secundo anno postquam seminatur et ideo habet allium tunicas plures et ramosas ut ille tunice sint cibus et nutrimentum secundis radicibus et secundis folijs et stipiti eius. quia propter crescentibus secundis folijs et stipite at tenuantur et euanescent tunice eius in terra .et simile huius in cepis inuenitur. In hoc autem differt allium a cepa . quia quelibet allij tunica carnosissima si plantetur crescit ex ea planta sicut et liliū quod de tunica sua plantata in terra emittit plantam et hoc accidit quia in suis tunicellis est uirtus seminata sicut in carnosissimis partibus alliorum . non sic autem fit ex cepa . non enim ex qualibet parte eius plantata emittit plantam. quia uirtus seminata non est in qualibet parte cepe sed in toto. In hoc etiam differt allium a lilio quoniam eius partes carnosae quando plantantur emittunt gramina sua et folium per medium carnis siue sed tunicelle liliij emittunt ab uno latere siue iuxta / et non a medio . huiusque aristoteli . li. de plantis et secundum nouam translationem .

De absinthio.

Absinthium est herba acerrima calidissima et sicca uehementer et siccatica et amara . ut dicit Dioscorides cuius duo sunt genera . unum est ponticum habens colorem uindem / et amarum et saporem potius et amarum . aliud est subalbidum et minus amarum et est minoris effectus quam primum . in febris colligitur . in umbra desiccatur . per annum in magna efficacia conseruatur. Dicitur autem contrarias habere uirtutes sicut dicit Plinius . scilicet laxatiuam et constrictiuam . constrictiua est ei ex grossitate substantie / et ponticitate . laxatiua in est ei ex caliditate et amaritudine . unde quando recipitur interius si inuenit materiam compactam propter ponticitatem siue substantie et grossitatem reddit materiam compactiorem . et sic est causa maioris constrictionis . materia uero existente habili et digesta caliditate dissoluit eam et ponticitate sua comprimente expellit eam. Sirupus de absinthio factus epati subuenit et stomachum confortat / appetitum inuitat / ebrietati obuiat et repugnat / ictericiam curat et colorem eius alterat et immutat . succus eius cum puluere coccus splenem deopilat . dolorem stomachi

et intestinorum ex ventositate proueniente dissoluit et mingat . succus eius auribus instillatus humiditates ab eis distillantes desiccatur . cum felle taurinum absinthium et auribus insectum dissoluit sonitum et auditum roborat et emendat . dolorem capitis ex fumositate stomachi procedentem succus eius sedat . liuorem et dolorem ex percussione cum puluere cinis et melle amputat si per modum amplastri apponatur . lumbicos et vermes aurium succus eius necat si instillet succus eius potatus visum clarificat et oculis impositus ruborem curat si sepius infundatur . liberos et pannos a vermibus et muribus tutos seruat si eum eis instilla reponatur ut dicit Macrobius . Item moribus migale et draconibus obuiat et sanat si bibatur . Item eius decoctio ventositate ventris et inflatione sedat cum potatur . ut dicit Dioscorides . Inter has uirtutes quasdam habet conditiones et proprietates minus laudabiles . nam saporis amaritudine et ponticitate inficit et contristat gustum . odoris horribilitate ledit olfactum . in amaritudine redigit lac et uinum et omne dulce cui admixtum fuerit seu adiunctum et ideo apes que frequentant flores absinthij faciunt mel amarum ut dicit Dioscorides . De absinthio . Dioscorides . li. xvij . non est inquit dandum febicitanti nausea nauibus arceat si fuerit prius potatum somnum prouocat dormienti inficit sub capite positum . capillos denigrat quando munguntur uinguento facto de eius succo et oleo rosaceo .

De apio.

Apium est communis herba omnibus fere nota et eo sic vocata . ut dicit Dioscorides . li. xvij . quod apicis . scilicet . capitis mūphantium apium quoddam fuit ornamentum . herba cules . n . hanc herbam primo capiti circumposuit . cuius radices efficaciter pugnant contra insidias veneni . ut dicit Dioscorides . Item . cuius multe sunt species ut dicit Dioscorides . scilicet . petroselinum sic dictum eo quod apie est similitudinem in folijs . silenus . n . grece apium dicitur crescit autem in locis petrosis montibus quod per inuptis . et id latini petroselinum petrapium uocant ut dicit Dioscorides . Item . Sunt et alie maneries apij ut dicit Dioscorides . scilicet . apium ranarum . apium risus . et apium emoroidarum . Apium ranarum dicitur quia in locis aquosis ubi sunt rane sepius inuenitur quod decoctum cum uino et oleo ei ventris acrimibus cataplasmatum eorum dolori misce opitulatur . Apium risus dicitur ab effectu quod purgat melancolicam humorum ex cuius superbia abundantia fit tristitia . Dicunt autem quod interius receptum in magna quantitate hominem indedo interficit et occidit . ualeat autem contra calculum et stranguinam et ad menstrua prouocanda

si decoctum fuerit in aqua vel vino et inde infusioza fomentetur. Apium emoroidanum est dicitur eo quod eius pulvis vel cinis superpositus fluxum sanguinis desiccet. Apium autem commune splenis et epaſi opilatione aperit / calculum frangit / ictericam soluit / hidropicis subuenit / freneticis ouenit si eius succo et oleo rosaceo mixto cum aceto caput patiens sepius inungatur. radix eius et semen morſib⁹ venenatis succum et veneno resistit (vt dicitur dia.) sepilenticis autem nocet omne apium quia dissoluit et mouet omnem materiam ad superiora. nocet etiam pueris. illa etas propter humiditatis institutionem et virtutis debilitatem et membrorum et meatuum strictitudinem / parata est ad morbum caducum. et ideo lactares nuntices abſtineant ab apio ne puer epilepticus efficiatur. vt d. dia. et pla.

De aristologia.

a Aristologia est herba multum medicinalis quamuis amara. cuius due sunt species. scilicet longa et rotunda. et utraq; est calida et sicca. et est radix magis medicinalis quam folia. In autumno debet colligi et seruatur per biennium. virtutem habet dissoluendi et expellendi venenum et psimum. bonum anbelinum facit / splenem durum remouet et opilationes aperit. ventris dolore et lateris amputat ac sedat / podagricis et caducis subuenit et contractis. contra morſus venenosos confortat / pulvis eius carnem mortuam leuiter corrodit in fistula et in plaga. fetum mortuum de utero expellit radix eius si cum vino decoquatur (hucusque diaſcori.) de anſto. dicitur plini. et Isid. li. xvij. quod mulieribus sensus optima sit. nam potata cum pipere et vino / sortitiam parturientium mundificat. et matricem expurgat et menstrua prouocat atque purgat.

De agno casto.

a Agnus castus dicitur quedam herba calida et sicca. cuius virtus est vt d. plini. conseruare in hominibus castitatem. unde et mulieres ratone illius herbe fructus secum deferre consueverunt in mortuorum crequis quado propter honestate publicam oportuit necessario continentiam obseruare. hec herba secundum dia. et platea. semper virescit / et eius flos possit me agnus castus nuncupatur. quia odore / visu ac visu / reddit homines castos sicut agnos. Scilicet dia. et platea. dicitur aperiendo poros / et spiritus euaporando / et humiditate seminales consumendo / inducere castitatem. Dicitur etiam ibidem auctor quod eius decoctio valet contra leucoslegmaniam id est frigidam hidropisim siue albam / si in semine fenicali et modica esula decoquatur. Item ibidem fomentum decoctionis agni ca-

si / matricis efficitur supfluitates et ipsius orſium coagulat / menstrua autem prouocat / et litargiam sanat atque soluit / si cum salina et apio decoquatur in aqua salsa / et inde postenor pars capitis fortiter abluatur. vt d. dia.

De artemesia

Artemesia est mater herbarum dicitur que quondam fuit a gentilibus dicitur ane que grece dicitur artemis consecrata (vt d. Isidorus li. xvij.) Est autem herba calida et sicca cuius radices et folia competunt medicine valet autem maxime contra sterilitatem que ex causa humida procreatur. in causis autem calidis et siccis non valet (vt d. dia.) menstrua prouocat / matricem mundificat et confortat / dolores capitis decocta in vino vel aqua mingat et sedat / seculinas et etus mortuos euacuat / calculos renum atque vesice frangit. demonia seculum plinium fugat / et malis medicamentis obuiat / mita cum azibis dolore pedum et inire mitigat. cuius sunt species plures. quarum virtutes dicitur diana adinuenisse et mortalibus tradidisse (vt d. plini. et dia.) alias eius virtutes refert auicenna.

Artemisia fugat nos.

De Auena

a Avena est herba cuius semen est bonum et equorum visibus aptum que secundum Isid. est sic dicitur eo quod postquam seminatur cito adueniat atque crescat. Habet autem secundum platea. vires leuiter relaxantes / et contra omnes tumores fastiditates et duricias relaxantes. et facit immunditatem depurantes. vt d. in platea.

De balsamo

b Balsamum (vt d. Isid. li. decimo septimo.) est arbor siue frutex terre nam quam crescens ultra altitudinem duorum cubitorum et est viti similis. in folijs autem similis rute. sed albiorebus semperque manentibus cuius arbor dicitur balsamum / lignum vero si lobalsamum fructus siue semen carpobalsamum et succus opobalsamum nuncupatur eo quod ferreis vngulis conet ligni percuntur. et per corticis vulnere quasi per cauernas gutte opobalsami eximij effluunt et distillant. cauerna enim greco sermone opo dicitur. cuius gutte adulterantur ad mixto apio oleo cum melle. Sed cognoscitur sophisticum cum melle si gutta lacti distillata fuerit coagulata. cum oleo vero si aque admixta facile fuerit resoluta / quia ut oleum enatat super aquam. Si vero non fuerit sophisticum / statim in aqua recenti perit fundum. vestem mundam quam tangit non maculat neque polluit. Balsama autem si pura fuerint tantam vim habent

Et si sol eam duerit / sustineri in manu nō pot
sunt (hucusq; Jfido.) Plini. autem. li. xij. ca.
xvij. sic dicit omnibus odoribus fertur balsa
mum vni terrar. s. concessum quondam. nec i
nemebatur nisi in duobus regijs ortis / quoq;
maior viginti iugum erat. sed post dominan
tibus romanis vitrea balsami per multos col
les ppagata est. vini quippe similior est q̄ mir
to. modo vinearum sicut 7 vitis implet colles
sine adminiculis. ramis eius se sustentant. pce
rior enī altitudo eis inter binos cubit s subsi
stir. cauendū est autē ne cum ferro ad interiora li
gni ledatur. 7 ideo cauendū est ne vltra corticē
violetur. qz leso ligno interiori / totum perit.

Est autē arbor totaliter medicinalis / cuius pre
cipua prima gratia fit in succo. secūda in semie
tertia in cortice. minima est in ligno. ex his ē op
timum quod est odoriferum 7 semine maximū
7 ponderosissimum / mordens gustu 7 feruens
in ore / in colore rufum (hucusq; pli. lib. iij. c. x
vij.) Diasco. autem dicit q̄ quedam est species
balsami que crescit circa babiloniam / vbi sunt
septem fontes. si autem alias transferat nec flo
res / nec fructus facit. in tempe estuo leuiter in
cidunt rami eius cū castello offeo vel alio nō ni
mis acuto ne lignū intrinsecus ledat / qz tunc
poret. sub cortice autem incasso ponuntur vitree
ampule / in quibus gutte stillantes colligunt.
Si vero vna gutta ponat in palato / cerebrum
ita calefacit / q̄ videt succēdi / 7 corpa mortua in
corrupta cōseruandi. qz quantum dissoluit / tā
tum cōsumit. vt dicit in platea. menstrua puo
cat / 7 educit fetuz mortuū / 7 molā de ventre ci
cit 7 excludit / lapidem in renibus 7 vesica hā
git / iliacam passionem soluit / omnes inuetera
tas capitis passiones tollit si modo debito af
fumat / quotidianis febribus 7 quartanis sub
uenit / morisibus venenatis occurrit. Has 7
multas alias nobiles virtutes bz / quas enu
merare esset longum. sed bec de multis nūc suf
ficiant.

De bdellio.

b Dellum. vt dicit plinius lib. xij. c. x
est nominatissima arbor nigra / simi
lis oliue in folijs 7 in roboze. cui
gūmi maxime reperitur in vsibus medicane. nā
eius lacrima siue gutta est translucida / gustu a
mara / bene odorifera / sed magis aromatica /
quando vino est infusa. Idem tangit glo. sup
Gene. ij. vbi dicitur. ibi inuenit bdellium 7 la
pis onichinus. 7 tamen nasat vt dicit plini. in
partibus orientis vt in arabia india 7 caldea 7
cetera. bdellia autem (vt dicit Jfido. li. xvij. est
indie 7 arabie arbor. cui lacrima arabica meli

or est. aromatica enim est lucida / subalbida / se
uis / pinguis / equalit cerea / 7 que facile remol
litur. 7 est amara / boni odoris / ligno vel terre
nō mixta. Indica vero sordida atq; nigra 7
adultera cum gūmi qui nō amarificat gustum
vnde cūq; autem veniat / glutinosam valde ha
bet substantiam 7 constrictiuam. 7 etiam attra
ctiuam. 7 ideo dicit dia. 7 platea. repugnat dif
fenterie facit ex acuta materia. 7 valet patienti
bus fluxum ex fortissima fartime id est medici
na fortiter laxatiua. valet etiam ptra apstema
ta interiora / 7 exteriora / si inde fuerint inuncta
calculum rumpit / tussim compescit / morisib⁹ re
peticulum occurrat / in intestinorum dolorem lenit
vt dicit pla.) heriosus 7 inferiorib⁹ partibus
ruptis maxime pficit ad interiorum consolida
tionem / cum gummi bdellico p̄cordat / vernis
siue bernis quod dicit gūmi arboris habens
virtutem conglutinandi / danficandi / 7 conser
uandi. 7 ideo pictores eo maxime vtunt. mul
tum siquidem strugit sicut 7 bdellium. alterius
tamen est nature. quia frigida 7 sicca in secun
do grado / bdellium vero calidum 7 humiduz
vt 7 dicitur in platea.

De bufo.

b Urus. (vt dicit Jfido. lib. xvij.)
grecum nomen est. sed ex parte a la
tins est corruptum. Nam piros
apud eos appellatur arbor semp
virens que leuitate materie litterarum forman
dis apicibus est apta. nam tabula buxia bene
polita colorem recipit album / in quo de faali
figure 7 litterarū caracteres inscribunt. 7 etiam
de faali post delent. 7 dicitur s̄m Jfido. becbu
rus pro tota arbore. 7 hoc buxum p̄ interiori li
gno. vnde dicit quidam. Decburus crescit hoc
buxum crescere nescit. Est autem arbor multuz
solide materie 7 compacte / cuius humor numi
mentalibus multum est viscosus 7 compactus (vt
dicit aluredus) vel vegetabilis. 7 ideo lignuz
habet grossum 7 ponderosum / quod in silium
in aqua petit fundum / sicut habemus. 7 hoc
p̄pter compactionem ligni non habent po
ros apertos vbi possit intrare aer. p̄ cuius sub
intrationem posset super aque superficie deu
ri (vt dicit idem alur.) folia etiam ideo habet
diu virentia que de faali non cadunt / nisi pau
lanim. 7 vno cadente. aliis mox succedit. multa
quidem habet folia minutua 7 spissa. sed mo
dicam habet fructum siue nullum. Arboris bu
xi rasura cum sit frigida 7 sicca decocta in aqua
pluuiali constringit fluxum (vt dicit dia.) iungit

etiam crines si de eius decoctione sepius abluantur. sapor si quidem eius est amarus. vt. d. plini. li. xvij. c. xvij. et odor grauis. tamen quāuis grauet odore gustum. in bilio immus tamen virore continuo delectat visum omni tempore conseruat virorem suum et maxime in estate qz in hieme eius folia aliquantulum expalescunt sed non cadunt. (vt dicit alui.) Quis ratio est quia habet visum humorem in se/in radice vero multam humiditatem liquidaz et ideo non cadunt folia. vnde adueniente caliditate prouocatur humor ad exteriora qui tacus calore fit viridis. sed adueniente frigiditate repuritur et habundat siccitas et fit color pallidus siue glaucus. Crescit autem butus in locis petrosis et calidis. et ideo non multum habet duriciē. et etiam nodose soliditatis lignum tamē interius leue est. et ad plantandum summe aptum. in scissuras et figuras in eo factas diu tenet. et ideo imagines pulchre et durabiles inde fiunt / et ex buto pices habiles fiunt ad musti. et aliorum aromatum obseruationē. ad multos etiam alios vsus valet butus quos enumerare esset longum. Sed hec sufficiant.

De balauſtia.

Balauſtia est flos caduc^o mali generati. cum enim arbor fructus debz producere in quadaz rubofitate cōglutinantur et ab arboze quandoqz cadunt q̄ a medicis reseruantur vsui medicine. possunt seruari per hiemem in magna efficacia. vt d. dia. Est autē balauſtia frigida et sicca. et habet virtutem cōstringendi et desiccandi humorem. id habet virtutem et valorem contra dissenteriam et sanguineum fluxum ventris / et contra menstruum. Itē virtutē bz restringendi vomitū colericum / si decocta in aceto cum spongia sup furculam pectoris apponatur. Itē puluis vulnera consolidat et confirmat. gigninas sanat et eantū putredinē amputat et emendat / radices dentitū cōsolidat et confirmat / vlcera enī sanat labiorū. Decomina facit presidia salicet cortex arboris eiusdem. et precipue fruct^o siue pomi. et debet accipi quādo pomū est maturum.

De Beta :

Beta est herba cōmuniū et ortulana secundū dia. duplex eius ē species scilicet alba et nigra et vnusqz succ^o naribus instillatus purgat caput. aurium etiā dolorē mitigat lentes et alias imundicias capitis et faciei maculas emundat capillos reparat et cōseruat. folium eius consum et appositū

ignem saluaticum extingit. nascencia etiā vulnera compescit. malos būores nutrit / si nimis sepe in vsu babeatur (vt dicit dia.) De beta dicit aristoteles super eius radicem sicut et super caulem potest plantari surculus. qui tandē corroborante radice in arbozem transmutatur. vt supra patet de natura plantarum.

De Cedro.

Cedrus est arbor quā greci cedros vocant quasi ceomenes dnoicidō id est arboris humor ardentis cuius folia ad cipressi similitudinem respondent. (vt dicit Isido. lib. xvij.) vbi subdit. cedrus est lignum iocūdi odoris et diu durans / et nunquā a tinea vel teredine id est lignorum verme exteriatur. vnde ppter eius ppetuam durabilitatē ex cedris fiunt latimana in regum palatijs et in templis. Duius arboris gūmi siue lactima dicitur cedria que ad conseruationem libroz summe est necessaria. nam libri de bac lactima liniti nec a tineis corrodunt nec tempore senescunt. Nasatur autē in terra affrica et in siria et maxime in monte libani. Est igitur cedrus arbor altissima / omnium arborū domina et regina (vt dicit raba. super psalmi.) Est etiā aspectu pulchra semp retinens virorem suū. est in super olfactu odorifera / cuius odor fugat serpentes et omnia venenosa (vt dicit idem.) Est igitur fructu sua uissima / poma enim cedrina sunt magna / oblonga / citrini siue glauci coloris / miri odoris / gratissimi saporis. saporem enī habent triplicem. nam in medio circa grana sunt poma citrina acerosa / in superficie iuxta corticem sunt dulcia / in carne siue medulla interiori inter dulce et acetum sunt media. Est etiam cedrus multate efficacie et virtutis et valde medicinalis. nam eius lactima que est gūmosa in substātia et aliquantulum pyramidalis siue pinnea in figura acram virtutem habet et feruentem. vnde vrit et siccit (vt dicit dia.) caligines oculorum dtergit / vermes aurium occidit / contra dolorē dentium subuenit / morsibus serpentum succurrit. cum isopi succo / sonitum aurium tollit / tumorē faucium sedat / vulnera pulmonis curat / molles carnes a putredine seruat / corpora etiā mortua reposita in ligno cedrino et eius lactima inuncta virtus cedrina a tabe et putredine desensat. Semen etiam cedri tussim sedat / menstrua puocat / et secundinas excludit / matricem purgat / neruos spasmosos et contractos relaxat et remollit. vrinam mouet / et harenulas in vesica et renibus mūdat. Das et multas alias virtutes

ponit diasco. de cedro 7 eius succo semine atq; fructu. Plinius autē de quadaꝝ specie cedri sic dicit. Est inquit arbor quedam noīe modica a medoroꝝ terra primitus asportata/ que a grecis a gedia vel cedronilla est dicta/ eo q̄ ei pomus odorem 7 virtutem cedri sequi videatur 7 eius saporem imitat (vt dicit Iſido. lib. xvij.) Eiusdem enī arboris pomum (vt dicit plini⁹) contrariuz est venenis. 7 est arbor. vt dicit idēz que in omni tempore fere est plena pomis que in ea partim sunt matura/ partim acerba/ partim in flore sunt posita. quod in alijs arborib⁹ raruz est. Danc arborē multi assinam vocant. vt dicit idem.

De Cipresso.

C Cipressus grecē dicitur ciparissus (vt dicit Iſido. lib. xvij.) q̄ caput eius a rotunditate in acumen engitur. vnde 7 conon altera rotunditas nūcupatur. cuius fructus talis est dispositiōis 7 ideo conus appellatur/ eo q̄ conum imitetur vnde 7 cipressi conifere dicunt. huius lignum habet virtutem primaz pene cedro aptumq; ē turribus templorum. sua enim impuitibili soliditate oneri nunquā cedit/ sed semper in prima remanet firmitate/ suauissimi est odoris. et ideo antiqui solabant facere rogum de ramis eius/ vt odoris sui iocunditate exprimerent fetorem mortuoruz (huicq; Iſido.) Est autē cipressus arbor calida in primo gradu/ 7 sicca in secundo/ cuius pōmū lignum/ 7 folia competunt medicine (vt dicit platea.) sunt stupida 7 consolidatiua/ 7 ideo valent cōtra fluxum ventris ex debilitate virtutis retentive/ si ipsoꝝ puluis in abis vel in potibus assumatur. valet cōtra iliacam passionēz 7 dolorem lūborum si cū aqua pluuiali decoquatur 7 deinde vinum lumbetur. Cipressi folia recentia vulnera sanant acrum igneum fugant/ nares poliposas mūdāt 7 fetorem auiputant/ fluxum sanguinis sedant Semen igitur eius mixtum cum caricis. i. ficibus siccis soluit duricias. spermatis reumatis fluxum stringit. contra antracēz id est apostema venenosum/ 7 mortiferum subuenit/ 7 eius maliciam ne se diffundat/ reprimit 7 p̄pescat. moribus venenatis occurrat. Has autem virtutes cipressi recitat diascoꝝides 7 multo plures.

Plinius autem. lib. xvij. c. xxxij. sic dicit. Cipressus est arbor ramosa a fructu habens vacuas brancas p̄ fructu folia amara odore violentia umbra gratonisa. cuius duplex dicit esse species. Aſcaulus 7 femina. ſfemina sterilis est verū tamen aspectu pulchra cuius rami in fastigio sunt denſi 7 inuicem conuoluti. Aſca-

li vero rami sunt magis spersi qui si preasi fuerint magis geminabunt.

De Cipro.

C Ciprus de quo dicitur Cantu. quatero. cipi cum nardo 7c. secundum plini. li. xij. c. xxvi. est arbor in egipto siuulis oliue in folijs. sed folia eius viridiora sunt 7 crassiora cum flore nigro/ et semine cādidō et odorato. quod si cum oleo coctum fuerit aut confectum exprimitur inde vnguentum regum quod odoriferum est et summe delicio sum. et cipressus dicitur. Idem dicit Iſido. li. xvij. 7 gl. super cantu. Secundum plinium autem dicitur q̄ optima huius generis arbor crescit in egipto super nilum in canopea regione. Secunda vero in ascalone. Tercia in cipro cuius est mira odoris suauitas. arbori huic est alia arbor similis (vt dicit idem) que dicitur as polaros/ habens similitudinem in flore cū flore rose/ ex cuius radice et flore mobile fit vnguentum. Dicit etiam idem q̄ in omni frunce/ vbi dē recte refulgit arcus celestis eadem sit suauitas odoris q̄ diu ibi refulget arcus. Sed si super eandem arborem fulserit in enarrabiliter eius odorem ampliat et decorem/ et est similis spine candidē colorem habens igneum siue rufuz et in parte redolet vt castoreum et a multis vocatur sceptrum helisei. vt dicit idem. Dicit ad hoc diascoꝝides. q̄ cipressus est arbor medicinalis conuenientis. et conglutinatiue virtutis cuius folium masticatum tumorēz oris compeſcit. eius lixatura siue decoctio venies capitis interficiat et inficiat capillos si inde capilli fomentantur. flos eius cum aceto decoctus dolorem capitis soluit vt dicit idem. cuius ſlentiscus dicitur esse alciuius virtutis. Quere infra in littera. Z.

De cinamomo.

C Zingamomum de quo dicitur eccle. i. 7 Ero. xxx. sicut ibi dicit glo. est virgulam quod nascitur in india et ethiopia duorum tantummodo cubitorum 7 dicitur cinamomum. quia subtiles et replicatos habet culmos cerei vel nigri coloris. que fracti reddunt visibile spiramentuz. cinamomū vero quanto gracilius et subtilius tanto can⁹ est. et quāto grossius tanto despectius reputat. Secundum Iſidorum autem libro xvij. cinamomum eo est dictum q̄ cortex eius in moduz canne gracilis sit et rotund⁹ et crescit stipite breui. vngas tenues habens quod cum frangitur ad modum nebule suauissimum emittit spiramentum. Super eccle. capi. xxxij. dicit glo. cina-

 ideo laudabile est ipsius nutrimentū. Est au
 tē cōpositū ex tribus substantijs in virtute & a
 ctioe varijs & diuersis. vna subtiliatiua & mū
 dificatiua altera vero grossa & opilatiua. ter
 tia est mollificatiua. nā subā aquosa & serosa
 acuta est & subtiliatiua. grossa est caseosa que
 frigida est & grossa & ideo opilatiua. butyrosa
 vero est vinctuosa & mollificatiua vnde lac cuz
 sit sua substantia aquosa & acuta est grossorū
 humorū incisiuū / & subtiliatiuū. viscerū lauati
 uū. intestinoꝝ mordicatiuū. ventris solutiū.
 & fecis de facili expulsiuū. corruptoꝝ humorū
 interius in corpore & exterius absteriuū. ve
 narum penetratiuum / opilationis splenis &
 epatis aperitiuū. & maxime si fuerit ex anima
 libus calide cōplexionis. vr et camelis. & tale
 lac est ydropicoꝝ inuatiuū (vr dicit idē & seq̄
 tur) lac itaq; laudabile est & in suis tribus sub
 stāijs temperatiuū. sua aquositate est mēbro
 rū mūdificatiuū. sua butyrositate est venenis
 repugnantium & membrorum humectatiuū
 sua caseitate cbarioꝝum ab officio stomachi
 ad fundū depressiuum. Est & alia lactis laus
 quia si temperate & oportuno tempore mun
 dato prius corpore accipiatur / corporis ē lau
 dabiliter nutritiuum & substātie sanguinis as
 similatiuū. Si autē a corpore non mundato
 vel tempore non cōgruo accipiatur in malos
 humores quos inuenit̄ est conuertiuū & ipso
 rum augmentatiuum in fumos calidos resol
 uitur / & sic erit doloris capitis causatiuum & si
 febris materiam inuenerit / erit caloris febril
 is inflammatiuum. vel si calorem naturalem
 inuenerit debilem de facili acefcit / & fit in sto
 macho acetosum. nam quando est humor ni
 mius & paruus calor acetositas vel putredo
 fleumatis generatur. & ideo lac non est frequē
 ter sumendum nisi corpore existente tempera
 to & stomacho inanito. nam si corpus a putri
 dis humoribus & colericis fuerit vacuū & de
 puratum si lac bene digestum fuerit / multum
 & bonum prebebit corpori nutrimentum. lau
 dabilem generabit sanguinem. carnem aug
 mentabit. humectabit corpus & exterius si sup
 ficie faciet tenenim atq; pulchrum. vr. d. idē

Item dicit idē rursus, lac inquit bibentes ie-
iunos esse conuenit/ & calidū esse quando vbe-
ribus est vicinū. nec equaliquid comedēdū quo-
usq; lactis substantia digeratur. oportet etiā
vt labor & motus nimius caueatur / quousq;
descendens ad decoctionis locum digeratur.
q; ex inordinato motu & calore nimio subito
generato eius vinctuositas in fumū nociuū re-
soluetur & grossiori parte remanēte indigesta
multiplex corruptio generaretur vt dicitur idē.
Electum autē lac vt dicitur ibidē. debet habere
quatuor qualitates/ colorē/ odorē/ liquorē
& saporem. Colorē albiſſimum clarū a citrini/
tate & rubore & luiditate maxie alienū. **Do-**
rē gratum ab horore & a granditate remotū
Liquorem inter subtilem & grossum medium
cuius mediocritatis signum ē si gutta sup vn-
guem posita remanet continua & nō liqueſcit
cuius guttule forma inferius est lata & superi-
us est acuta. **Saporē** habet acceptabile qñ
nec amaritudine nec faldedine nec acedie ē ad-
mirtum. Inter omnes autem istas differenti-
as lactis/ femineum magis creditur esse tēpe-
ratum. q; omne lac naturam & complexionem
animalis cuius ē naturaliter imitatur. & ideo
quia humana complexio maxime est tempera-
ta/ ideo muliebre lac maxime tēperatum. pro-
pter quod maxime est nutritiuū humectatiuū
& asperitatis anguloꝝ oculi potissime mitiga-
tiuum. & quequid de bonitate lactis supra di-
ctum est totum concurre in hoc lacte.

Ac camelinus et animalis calida
complexione ceteris magis est ca-
lidū/ & plus subtile & minime vn-
ctuosum/ & minime nutritiuum. diureticum &
opilationū aperitiuū. & iō ydropicoꝝ ex opi-
latione est potissime iuuatiuū. nā camelus na-
ture est calidissime. ppter qđ calor dominans
sanguinis attrahit vinctuositatē. & ideo sanguis
remanet sine vinctuositate. Cum igitur lacini/
bil aliud sit qđ sanguis secundo decoctus/ sa-
por sanguinis cameli salus est & acutus. & iō
humoꝝ est inasiuus subtiliatiuus & grossiciei
atenuatiuus. **Quere** supra de camelo i tractu
de animalibus.

Ac vacinum lac camelino ē op-
positus. nā vacca nō habet tm ca-
loris vt sanguinis attrahat vinctu-
ositatē. & ideo eius lac fit valde vinctuosus
& maxime nutritiuum. plus. n. nutrit lac vacci-
nū qđ pecorinū/ lz pecorinū sit magis calidus
qđ vacinū. cuius rō ē. vt. d. idē. q; cū vacinū
lac nō rārum habeat caloris quārum pecorinū

nū pama vinctuositas sibi sufficit & illa tota re-
manet in lacte & eruperat caseitatē. & ideo ma-
gis nutrit/ q; subā vinctuositatis numbilior ē
qđ caseata. q; calidior & humidior & calori san-
guinis vicinior & facilior in sanguinis mntari-
onē. & illa vt dicunt antiqui melius & citi⁹ nu-
trunt que citius & facilius in sanguinē cōmu-
tant/ (vt dicitur ibidē) lac tamē pingue melius nu-
trit qđ ipsa pinguedo que calidior est/ q; subā
lactis habet aquositate liquidā subtiliantem
& interiora corporis penetrantes. sed sola pin-
guedo aereitate sua superenatat/ & ppter hu-
miditatis sue substantialis grossitiez cito coa-
gular & indurat. & ideo lac vacinū sua aquo-
sitate ad itenora penetrat. sua vinctuositate ca-
lorē naturalem roborat. caseitatis sue pauci-
tate naturā multū nō aggrauat/ sed pon⁹ ad-
iuuat & sustentat. vt dicit idē. Alio igitur modo
lacte est vtendū ad nutrienduz. q; tunc tribus
eius substantijs pariter est vtenduz. Alio mō
ad mundificandum & calorem mitigandū q;
tunc serositatis liquamen est a butyrositate se-
questrandum. Alio mō ad calefaciendum & hu-
mectandum. Lactis etiam vsus consideratur
secundum subtilitatem & grossiciem & mediocri-
tatem. vt dicit idē. Subtilitas autem attē-
ditur in substantia & in actione. In substantia
vt illud est melius quod cōplexioni humane
est vicinus vt lac femininum/ quod tanto est
vtilius quāto māmille est vicinus efficacius
est enim contra venena / contra renū & vesicę
mala/ contra pulmonis vulnera si multuz
aerem non tangat & eius virtutem aeris qua-
litas non immutat. Subtilitas vero in actōe
eius butyrositatis cum caseata separatur & a-
quositas tunc cum acumine augetur. vt patet
in camelino quod minime nutrit. calore tamē
suo & subtili liquore ydropicis subducit & suc-
cunt. lac vero grossissimū est vacinū & minus
ceteris liquidum & aquosum minus acutus &
minus butyrosus. vnde bene nutrit/ stomi-
cho cōuenit/ membra confortat. calorem epa-
tis & stomachi refrigerat corpus inpinguat &
augmentat. vulnera intestinoꝝ & matricis sa-
nat. Est autem tanto melius & salubrius si la-
pidibus fluuialib⁹ accensis & intus extinctis
tota aquositas p parte maxia cōsumatur.

Ac caprinum inter predictas dif-
ferentias tenet medium/ quia i su-
is tribus substantijs post femi-
ninū ee dī potissime tēperatū & iō p pulmois
vulnera & renū ac vesice vicia cū zuchara mul-
tū cōfert. eius verū a caseo & butyro separatū

maxime est colatiuū mūdificatiuū et colere repressiuū. lac autē caprinū per se multū bibituū i stomacho de facili coagulatur. et ideo ne nocet cū modico mellis et salis gēne tēperetur et nunq̄ coagulabitur. et si inceperit coagulari in stomacho dissoluetur. et q̄ caprē pasuntur sicis et ramoz extremitatibus eaz lac ē minus aquosū et magis stipticū et stomacho congruū. Nā lac ex pasuis diuersificatur. nā que pascur tenentur et recentibus herbis lac faciūt aquosū et subtile/ et stomacho est nociuū. que vero herbis laxatiuis lac faciūt mortificatiuū et ueruoꝝ pūgitiuū. et ē nociuū et laxatiuum.

I Ac pecorinū magis est calidū et sicū q̄ vacuū/ minus habens butyrositatis et plus caseitatis. et ideo minus nutrit nec corpori ita conuenit ut vaccinū. Demonstratur autē hoc ex grauitate sui odoris. nā ut dicit galie. lac pecorinū in odore est grauis/ q̄ vaccinū. et ideo magis ē flenatiuū. magis autē nutrit q̄ caprinū. et minus vaccinū. unde minus ē tēperatū q̄ capinum

I Ac asininū est temperatū et nutritiuū resolutiuū. nentris tū resolutiuū et neruoꝝ remollitiuū. et membroꝝ rū siccitate et calore induratoꝝ bumectatiuū pectoris iuuatiuū et tussis et anhelitus difficilis mitigatiuū. vulnerū renū et vesice curatiuū

I Accaballinū vicinītatē habet ad camelinū i subtilitate et acumine et calore i apostematibus maniciū est iuuatiuū aperitiuū et menstrualis fluxus puocatiuū/ si causa menstruoz calida sit et sicca quam p̄rietatem habet illud lac ab omni lacte alio separant. ut dicit ysa.

I Ac porcinū scđz ysa. est subtile et aquosum/ quia ex sua frigiditate i coctū remanet et indigestū. et ideo si scđm medicinā accipiatur paruū aut nullū confert iuuamentū. sed si scđz abū cū succo oz dei sit coctū bonū generat et humidum nutrimentum. ut dicit idem.

I Ac animalium partū vicinorum est subtile et aquosū/ q̄ aquei bu mores adunantur in animalibus tpe partū os matricis clauditur/ et lac aquosus humoribus cōmiscetur. et iō eo tpe ē nociuū. vomitus et fastidij puocatiuū/ asperitatis remollitiuū. et villoꝝ stomachi lubricatiuū et uentris laxatiuū. duꝝ ad digerēdū et stipticū et in stomacho coagulatiuū. et pessimaz infirmitatū generatiuū. et ex summo ascendente cerebri

percussiuū/ et doloris capitis causatiuū fetoris dentiu et anhelitus induciū. unde si lac fuerit corruptū vel plus debito assūptū/ vel alio modo vel tpe q̄ expedit sit acceptū/ multatū infirmitatū ē generatiuū. maloz humorū et lubricoꝝ est nutritiuū. bonoz humorū ē corruptiuum. arenaz in vesica et i renibus ē adunatiuum et putrefactiuum. caloris naturalis debilitatiuum. et innaturalis caloris ac febris inflāmatiū. gingiuarum et dentiu infectiuū pustularū pessimaz et scabiei i paruulis causatiuum. rugitus et ventositis excitatiuum. opilationum renis et epatis affectiuum. stomachi grauatiuū. et lubricitate sua cibarioꝝ ante digestionem expulsiuū/ et siclientere induciuum. has et multas alias inducit lactis corruptio passiones. Sed hec de lacte bono et malo. nunc dicta sufficiant.

I Erum est pars lactis aquosa a lactis alia parte per coagulū sequestrata. nam coagulū partes butyrosas et caseosas simul iungit et ab eis q̄d liq̄dum est et aquosum diuidit et discernit/ cuius effectus superius recitantur. habet enim virtutem putredinis lauatiuam. nā intestina lauat et vulnera intestinoꝝ de sanie mūdificat. pectus purificat. sitim sedat. acumen colere et bee mitigat. scabiem et impetiginem mundat splen et epar deopilat. quere supra i primo secandum ysa.

B Erum a buēdo idest perfunden do est dictū. ut dicit b. Sua. n. vncuositate et humiditate habet imbueri et perfundere corpora que tangit. nā butyrum est flos lactis multum habens caliditatis et humiditatis cū dominio acritatis ratione cuius habet multū vncuositatis. Est n. butyrosa subā naturaliter calida et humida viscosa et vncuosa humane cōplexioni vicina (ut dicit ysa). unde sepe comestum stomachi est bumectatiuum. ventris solutiū. maxime si recens fuerit et ideo antiqui ut dicit idem. asimilauerunt butyru oleo mixto pinguedini dicentes q̄ si quis acceperit valet creatur peccati et pulmoni si ibi fuerit apostema quia p̄prie ē maturatiuum/ et humorū dissolutiuum/ et superfluoꝝ pectoris mūdificatiuū/ maxime si cū melle vel zuchara comedatur. sed tūc minus est maturatiuum et creationis ampli iuuatiuum. ut dicit idem. subdens ibidez butyrum repugnat venenis. membra bumectat asperitatem oculoꝝ eius lotura mollificat et emūdat apostēa dissoluit et maturat. vulnera

De liquoribus

pulmōis gutturis ⁊ pectoris mire sanantur. ⁊ intestinoꝝ moriuras mitigat. neruos indi-
gnatos ⁊ cōtractos seu spasmatos mollificat
atq; laxat. vñ dicit idē (dicit autem anicē.) q̄
contra venena interius sumpta singulare pre-
sidiū est. si intoxicatus butyrū in lacte calido
resolutum bibat ⁊ magna quantitate. nam vñ
cruositate sua opilat meatus ne ad cor ascen-
dat subito vis veneni. preterea venenositateꝝ
totā ad se attrahit ⁊ ipsam inuiscat. per vom-
itū euacuat de corpore ⁊ educit (vt dicit idēz.) sicut
autē sic. flos lactis siue superenarās ⁊ pingue
do recolligitur in vase mundo ⁊ cū quodā la-
to ligno rotando ⁊ pforato diutissime percuti-
tur per violentiā ⁊ mouetur. ex quo motu ca-
loꝝ naturalis in substantia lactis exatatur. ⁊
cōfortatur totā vinctuositate in simul recolligit
que sua leuitate superficiem petit. serosa vero
aquo sitas cū partibus castanis inferius descē-
dit ⁊ butyro se substantie tanq̄ nobiliori cedēs
fundū petit ⁊ illa butyrofa substantia que ena-
tat in superficie recolligitur. ⁊ ad vsus varios
necessarios in vase mūdissimo reseruatur. qđ
quāto recentius. tāto est saporosius ⁊ gustui
delectabilius iuenit. Est autē in principio mol-
le ⁊ liquidū. sed paulatim naturali calore con-
tra humiditas partes inualesecit ⁊ eas solumē
te medio criter indurescit. vnde bene ⁊ munde
reficit ⁊ nutrit. ⁊ pulmēta loco sagiminis vel
olei bene condit. Salitur autē aliquantulū vt
melius conseruetur. ⁊ vt eius potentialis hu-
miditas siccitate salis temperetur. isup vt ei?
saporositas augmentet. nā gustui in sapore ē
magis gratū quādo medio criter ē salitū. quā-
do autē nimis antiquatur eius sapor cū odore
diminuit ⁊ i grauē odore ⁊ sapore. gustui hor-
ribilē transmutatur. ⁊ tūc nō valet ad cibaria
cōdiēda. valet tñ ad varia medicamina ⁊ vñ-
guēta. qz sepe accidit id qđ nō puenit. gule cō-
gruit tamē nihilominus medicine aliam.

Caseus vt dicit Jsi. libro. xx. a ca-
rendo ē dictus. eo qđ tā diu in va-
se premitur quousq; sero careat ⁊
a lactis aquosa subā separetur. vnde dicit ca-
seus quasi carens eo qđ quando est sicus hu-
more caret seu liquore (vt dicit idē.) Secun-
dum. b. vero careus a cadendo est dictus / eo
qđ de facili cadit ⁊ recedit. cadit ⁊ labitur inter
digitos facientis. Est autem caseus fer lactis
nam vt dicit ysa. (caseata substantia lactis fri-
gida est ⁊ grossa ⁊ ad digerendum dura. tar-
de enim descendit de stomacho ⁊ magis atti-

net siccitati q̄ solutioni. ⁊ est grauis stoma-
cho ⁊ epati renibus ⁊ spleni maxime si loca il-
la fuerint opilationibus preparata. ⁊ caler-
los in renibus generat. ⁊ ideo ppter ista ma-
la accidentia dicit constan. qđ omnis caseus vñ
uersaliter est malus. tamen caseus qui lacti est
vicinus minus est nociuus. Unde distinguit
ysa. inter recētem veterem ⁊ medio crem. recēs
caseus quia ad huc recens est malos humores
non generat. quia adhuc retinet partem dul-
cedinis ⁊ aquositatis ipsius lactis. ⁊ ideo ad
digerendum est facilior. ⁊ ad nutriendum lau-
dabilior ⁊ ventris solubilior. ⁊ maxime si nō
fuerit salinus quia salsedo ibi saporem causat
⁊ aufert dulcedinem. nā nimis salsus nimis
est desiccatus ⁊ stomacho est nociuus. carēs
autem omni sale magis est nutritiuus ⁊ cor-
poris humectatiuus ⁊ magis carnis augmen-
tatiuus stomacho tamen est nociuus. ⁊ de fa-
cili in fumositates resolutiuus si stomachus fue-
rit calidus. Si vero fuerit frigidus in acetosi-
tatem est de facili conuersiuus. Ad medio criter
igitur salsus melius digeritur ⁊ minus stoma-
cho est nociuus. sine sale enim de facili est ace-
tosus. minus vero salsus stomachi fit morfi-
uus ⁊ sanguinis incensiuus.

Vetus autem casus ē acutus ⁊ val-
de sicus ad nutriendum grossus
⁊ ad excundū de stomacho nimis
durus qz si lactis aquositas ē ablata acumē tñ
⁊ siccitas coaguli ei dominatur. vnde etiā sub-
tilitatem exit. ⁊ ideo superfluitas corporis nō
ita inde subtiliatur sicut alijs subtiliantibus.
vnde duobus modis nocet corpori. quia ei?
corruptio ⁊ grossicies nutrimenti superfluita-
tem ingrossat ⁊ corrumpit. stomacho nocet qz
per acumen coaguli repugnat omnibus alijs
de iuuantibus ⁊ in nutrimentum peius ipsa
iuuantia transducantur. vnde si in corpore ur-
uenerit grossos humores in renibus ⁊ in vesi-
ca lapides parit. grossos enim humores cali-
diss ⁊ incensos coadunat ⁊ cōpingit. Est igitē
vitandus ita vetus. nullus enim confert iuua-
men neq; nutrimentum nec obedit digestioni
nec bonum generat sanguinem nec ventrē hu-
mectat nec vñam puocat. sed inuentias hu-
miditatem constringit ⁊ desiccet. omnis itaq;
caseus vetus durus sicus ⁊ spongiosus pre-
siccitate ⁊ porosus. ad rumpendum facilis ni-
hil habens vinctuositatis corpori est nociuus
minus autē ē malus vñ caseus vel assius qđ ocu-
latus ⁊ porosus. nā p̄iūctio sub ē signum. est

humoris et victuositatis qui autem potosus est/minus est malus quando est recens quoniam in mis venis. quia ut dicit dyas. caseus recens humectat ventrem. vetus stringit maxime elixatus/vel si ab aqua abstractus affetur et maxime si ante prandium assumatur. **De** catu enim stomachi sua grossicie obturat et abum descendere ad intestina non permittit. post prandium autem sumptus cibaria comprimunt/ut rotular et ad locum exitus descendere compellit. **C**aseus inter veterem et novum medius multum est nutritivus. propter eius saporositatem et grossiciem/et quod calore naturali velociter induratur. quanto autem calor naturalis ei dominatur magis/et tanto plus et fortius indurescit/et magis inebus inborrescit (hucusque ysa. in dicta) secundum autem dyas. et ansto. li. iij. f. quanto erit in lacte multum casei plus erit cibi. **E**st autem caseus secundum dyas. veneno contrarius. nam grossicie sua et butyrofitate opilat meatus venarum et non permittit ad cor ascendere vim veneni. **C**aseus enim recens appositus calidus extrahit venenum a moribus venenatis et huius signum est/quia appositus super moribus rabidi canis aut serpentis tonis candor casei conuertitur in livorem valet etiam contra antracem et alia apostemata venenosa vel extra superpositus vel comestus. in multis etiam alijs convenit medicine **vt. d. idem.**

Coagulatum est lac in quorundam animalium stomachis inspissatum. cuius virtute lac aliorum animalium coagulatur in qua parte butyrofa cum caseata aggregata pars serosa et aquea a partibus alijs sequestratur. dicit aristo. li. iij. f. quanto inquit lac est spissius/tanto caseaceus et coagulatus. sed lac animalis carentis dentibus in superiori mandibula coagulatur. lac vero habens in utraque non sic nec eius sepum. **I**tem ibidem dicit lac coagulatur ex coagulo et lacte ficu quando lac ficuum aggregatur in lana/ deinde abluitur illa lana cum modico lacte et citius admiscetur illud lac in residuo et sic totum coagulatur. **I**tem ibidem coagulatum non inuenitur nisi in ventre suggestium adbucrium in illis qui non habent dentes in utraque mandibula non inuenitur nisi in lepore. quanto citius autem plus vetustatur coagulatum erit melius et valet contra fluxum ventris maxime leporis parvi et cerui. **vt. d. idem aristo. ad lib. xvi. dicit accidit lacti quod coagulatur per coagulum quando coagulum est lac in quo est calor spiritualis. et ideo adiuvat et su-**

stentat lac sicut maris sperma sustentat menstrualem sanguinem femine in mamme. quoniam naturam lactis et sanguinis menstrui eadem sunt. ut dicit idem ibidem. **De** coagulo dicit ysaac. f. de caseo. coagulum inquit coagulatur virtute sui acuminis et caloris atque siccitatis sibi dominantis quibus sua humiditas finitur. et quavis coagulum sit in omni caseo minus fertur in recente propter multitudinem sue humiditatis. **C**oagulum itaque in stomacho lactantis animalis et ruminantis inuenitur cuius quo sal admiscetur/et sic super ignem in fumo desiccatur et induratur/ cuius modica particula cum fuerit in paucis lacte tepido resoluta et cum residuo lacte admixta totum coagulabit quod est coagulabile et condensat. unde patet quod consimilis virtus later in substantia coaguli qualis inest substantie feminis masculi. ut dicit aris. auic. ysa. et alij. et hec dicta de li quoribus nunc sufficiant.

Ent autem quedam virtutes tam humoribus quam liquoribus et rebus alijs inherentes. de quibus hic breuiter aliqua inferemus. nam secundum diuersas complexionones et virtutes diuersis rebus dominantibus diuersimode reperiuntur operationes. ut est virtus operatiua/maturatiua/modificatiua etc. **A**peritiua itaque virtus operatur per calidum et siccum cum subtili substantia. ut patet in cepis succopori/et in alumie et hmoi/et quorum perfectio operiunt oras venarum/et emoroides prociatur/ **vt. d. costan.** **R**arefactiua virtus operatur per calidum et humidum. nam calor rei substantiam penetrat et dissoluendo humiditatem sibi obediens aperit et dilatat. ut patet in malua et sambuci mediana cortice et hmoi que bullita in oleo cutem rarefaciunt et extendunt ut dicit idem. **O**pilatiua virtus operatur per frigidum et humidum cum obtusa substantia. ut patet in dragato/ albugine oui/et pallio. nam beccis coarsitate et obtusitate substantie poros replent et frigiditate costringunt. **I**nspissatiua virtus operatur per frigidum et humidum. ut patet in madragora/que ipsa super cutem ipsam inspissat. **vt. d. idem.** nam frigiditate costringit partes humiditatis liquidiores. **U**niversitas partes centrum reddit substantiam operatiuam/ et per consequens spissiore. aliquando autem operatur per calidum et humidum. nam calor consumit partes liquidiores/ quibus consumptis partes terrestres redduntur spissiores. **I**nduratiua virtus operatur per frigiditatem et siccitatem quod utraque qualitas mouendo ad centrum totam substantiam reddit duriores quibus autem operatur per frigidum et humidum frigiditate partes liquidas costringente. ut patet in gelu et in glacie. quandoque etiam per calidum

De liquoribus

et sicca partes terrestres cōpingendo et per cōsequens indurando vt patet in latere et i luto. Asperitua virtus opatur p calidū et sicca cum grossa substantia. nā calor quod est subtilius eleuat et mouet ad circūferentiā / et illud acuit in conū. quod vero grossius et sicca tendit ad centrū et sic fit rota substantia inequalis / que i equalitas ē causa asperitatis. ppter hoc opatur asperitatē in humido frigiditas coartādo et cōstringendo partes rei circūferentiales ad mediū nō pmittēdo partes liquidiores se diffundere ad extremū. ppter qd partes superiores in quibus domīatur frigiditas acute et asperere exterius sensui ostendūtur. qz fm diuersitate materie impressionē a frigido et calido recipientis varie sunt et diuerse rez cōditōes et pprietates et rez cōmixtiones naturaliter vel accidentaliter derelictē. vt pz. et vt dicit amice. et constā. et est expressū supra in tractatu de q. litatibus elementariū pprietatū. Itē virtus est mollificatiua que opatur p calidū et humidum / vel per calorem humiditas partes dilatātes et rarefacientē / et partes a partibus disgrātem. vt facit dialtea que humida est et parum calida medio criter tamē calorem sui aperit / et ex superabundātia humiditatis sue humores fluxibiles reddit / et sic per consequens mollificat et remollit. vel hoc fit eo qd calore domīante super partes aqueas et terrestres / eas resoluente in partes aereas et celestes. vt patz in vaporibus terrestribus et aqueis attractis ad interstitia aeris que resoluuntur in miollissimas pluias et guttulas / nuncrosis nunc grandinis siue niuis (vt dicit cōmen. sup li. iij. methe) secundum sensum etiam est manifestum vt caloris dura remollescere / et superueniente actione calidi partes partibus inuicem vix herere. vt patz in cera. et in alijs liquefacibilibus super quarum partes aqueas et aereas virtus ignea dominatur vt dicit constant. Virtus autem maturatiua sicut et digestiua p calidam virtutem et humidam opatur sicut et retentiua p frigidam et sicca / et expulsiua p frigidam et humidam. et apertiuā p calidam et siccam principaliter opatur. Attractiua virtus p calidum et siccam opatur. vt patz in dipirano serapino et sercore columbino / et consimilibus. Laxatiua habet opari p easdē virtutes sz vebementius. vnde que vebementer attrahūt laxatiua sūt vt scamonea etc. opatur etiam p frigidum comprimendo. et p humidum lenificando et lubrificando. vt patet in prunellis thamarindis etc. Putrefactiua quandoqz p calidum et humidum opatur.

quandoqz vero preterbec. et maturatiua per calidum et siccum sicut et attractiua vt patz in cantharidibus et flammula et huiusmodi vebementer calidis que pustulas generant et carnem vlceraunt valde cito. De alijs autē virtutibus et consimilibus dictū est supra. li. iij. de pprietatibus elementariū qualitatū in li. b. v. in tractatu de remedijs morborum.

Uredo est substantialis humiditatis corrupcio pueniens ex indigentia caloris naturalis superabundante calore alieno. calor enim innaturalis agens in humidum quod nō regit a naturali causa est inductiua putrefactōis (vt dicitur super li. methe) omne autem terreum frigidum difficilius putrefit qd calidum. vt dicit aristot. similiter coagulatum ratione frigidi tardius putrefit. vt est videre in glacie et in cristallo. omne enim feruidum tardius putrefit qd minus calidum. vt dicit aristot. nam intensio caloris inducentis feruorem fortior est calore aeris siue aliunde venientis. et ideo non permittit se vni nec aliquam circa rem feruētem permittit fieri immutationem. omne enim motum tardius putrefit qd non motum. vt dicit aristot. nam motus inducit calorem conferuantem et calorem excitat naturalem. Insuper omne fluens tardius putrefit / qd non fluens. vt dicit idem. nam calor accidentalis ex aere continente infirmior est et debilior qd calor naturaliter generatus ex motu siue ex fluxu. et ideo de facili se vni non permittit. omne autem corpus multum idest multe magnitudinis tardius et minus putrefit qd corpus paucum. vt dicit idem. nam si corpus est calidum plus hz caloris naturalis resistens causis putrefactionis. Similiter si est frigidum sua naturali frigiditas melius resistit calori accidentali inducēti putrefactionem in magno corpore qd in paruo corpore. et hoc patz in mari (vt dicit aristot) nam mare diuisū cito putrefit / vinum autem nunqz. Similiter est videre in aquis alijs magnis quarum partes diuise a totali flumine cito putrefcūt. et ideo in partibus sic diuisis vermes generāt p putrefactōes. Et rō est. qz calor naturalis disgregās i eis facit subtile diuidi a grosso / et tereū ab aqo et aereo ex substantia autē subtili aqo et aerea a grosso repte p calorem seqstrata idē calor disgregās facit generari vermes et alia aialia et hoc ē qd dicit aristote. quia calor naturalis disgregās cōstare facit disgregata et cōuertit in naturā aialis / et hoc per putrefactionem vi caloris extra

nei introducta. vt. d. cōmen. Putida igitur sūt gustui horribilia et abhominabilia stomacho et nauseam puocantia. Sunt et grauis odoris et mali saporis et deformis caloris/ manus i ficientia contingētis. contraria sunt humane cōplerioni et subitam inducētia sanis coruptionem/serpentibus tamen et venibus prebentia cibū et refectionē. que aut sunt disposita ad putrefactionem p associacionē ad putridū celerius recipiunt corruptionē/ et sic mēbra putrida corūpūt sana/ et cū nō sint spūi puia priuant spūalia mēbra. Que igitur sunt magis vicina magis influūt/ vnde nō pōt sanari mēbrū quod incipit eē putridū/ nisi a putredine penitus sepetur vnde que putrida sunt nō sūt valia nisi solū ad hoc vt prescīdatur/ eiciātur aut cōburantur. Sunt et alie virtutes quibus medianribus opatur natura/ vt virtus nutritua seu passiuā in vēgetabilib⁹ et i aialibus vt generatiua tā i bipedib⁹ q̄ i quadrupedib⁹. virtus vero ouariua taz in reptilibus quibusdam q̄ in volatilibus. sed de generatiua et nutritua et alijs sibi ministrandis sufficienter superius dictum est li. iij. de generatiōe hoīs in li. viij. et generatiōe aialiu in generali/ et iō de eis ē super sedendū. Virtus aut preandi oua ē in aialibus anulosi corpis/ vt in serpētib⁹ araneis scorpiōib⁹ et similib⁹. et i nāctātib⁹/ vt pz in cāctis/ sepīs/ et alijs infini- tis. et volatilib⁹/ vt i oibus bipedalibus. qe vt dicit aristo. li. v. a. bipedia inquit nō generant animalia preter hominem.

De ouis

Rimō igitur in predicta animalibus semen decisū i q̄ dā corpuscula puā/ mollia hūida/ et subalbida coagulat et trāformatur/ ex quibus per operationes diuersa animātia preātur. et talia corpuscula oua sūt dicta/ eo q̄ sūt vuida id est eo q̄ intrinsecas humore sunt plena (vt dicit Aristo. li. xij. g) nā ē humidū q̄ exterius humorē bz vuidū qd̄ interi⁹ qd̄ tñ (vt. d. idē) putāt ouū grecā habere ori ginē. illi. n. dicit oia lra. u. ablata. Qua autē quedā inani vtro cōcipiūtur sz nō sunt gignātia nisi que fuerit masculino cōcibitu cōcepta et seminali spū penetrata vt. d. idē. Quoz aut tantā vim dicūt eē vt lignū eis pfsū nō ardet/ nec vestis quidē adurat. vt. d. idē. admixta quidē calce glutinare ferūtur vitri fragmenta vt. d. idē. Qua igitur prio gignūtur. deinde calo

re mīni corpis formātur et aiantur (vt. d. Aristo) Scdm aut aristo. li. iij. et v. oua et volucres et pisces et serpentes sed multum differunt in bonitate et malicia. in quantitate et qualitate in substantia et in forma oua tam volucrum q̄ piscium et serpentum. ouant aut generaliter aues in fine veris et in principio estatis. vt. d. arif. li. v. p̄ter q̄ auis marina que d̄ alcio. qm̄ illa auis ponit oua in principio hyemis et cubat. xiiij. dieb⁹ atq̄ pulli cōpleāt vij dieb⁹ a principio hyemis. vij. p̄ sicut. d. simōides i li. suo vt. d. Aristo. de hac aue li. xij. i litore stagni oceani alcion i hyeme nidū facit septē dieb⁹ et ouat et excubat sup oua/ qua excubate septē diebus quiescāt mare silentibus ventis et continua septē diez trāquillitate mitescāt pelag⁹ natura rez ei⁹ fetibus educēdis/ exhibēte obsequiū (idē. d. pli. et basi. in exame. et ambro.) alie tñ aues ouant bis i āno vel plures vt hyridines/ sed pria oua corūpuntur ppter hyemē. oua vero posteriora cōplentur. Aues vero domestice vt ibidez dicit aristo. ouant tota estate sicut galline et colūbe/ et p̄cipue quando bene pasantur. et locus earū est calidus. Idē aristo. li. vi. a. quedā aues ouant toto anno p̄ter q̄ duobus mensibus tropicorū. s. in iulio et decembri vt galline. quaz qdam ouant bis qualibet die/ et q̄ multū ouant cito mouuntur columba autem quandoq; decies ouat in anno/ sed pauca ponit oua. et alique que multū ouant multotiens vt columbe/ aut multa vt gallina. et aues curuorū vnguiū sunt paucorum ouorum. et quedam ouāt in nidis. et quedam in arboribus cocarū. et quedaz in foraminibus terre et cauenis. et quedam in aruis et in rupibus. et quedaz in arenis vt strutio q̄ non foner oua sua nec cubat super ea/ sed calole. solis cōplentur et animantur in arenis. et quedam oua fouētur in nidis factis in arborum ramis. et quedam in petris altissimis/ et quedam in arundinetis/ sicut oua auis aquatiliū. Dicit etiam aristo. libro vi. oua auium sunt dura exterius. et quedam sunt duorum colorum/ quia citrina interius et alba exterius. oua auium fluuiatium diuersificātur ab ouis aliarum auium que in sicco nutriuntur/ quia citrinum est in istis magis q̄ duplum ad citrinum. oua auium que nutriūtur prope ripas variantur etiam in colore. nam columbanum sunt alba sicut gallinarum et auium palustrum sunt glauca. et quedam sunt sicut picta vt oua passerum. Item diuersificantur oua in figura. quoniā quedā sunt acuta et quedā lata prius vero erit latum/ postea acutū. oua vero

longa capitis acuti pducunt mares. habentia vero loco acuminis rotundū pducūt feminas. In calidis aut regionibus ponuntur in fimo ad solē / et cōplentur vt in egipto. et in quibusdā locis in pluinis calefactis / sicut in quadā ciuitate quidā potatoz posuit oua sub puluī nari / et dixit q̄ continuaret potū quousq̄ et illis ouis pulli extraherētur. Aliquādo etiā ponūtur oua in vasis calidis et extrahuntur ab illis pulli. vt dicit idē ibidē. recepto n̄ semine mans in matrice simul cū semine femine / ita n̄ q̄ femina cōmifecantur. in principio apparer albū / deinde fit rubrū est in modū sanguinis et post totaliter fit citrinū. deinde paulatim operante natura remanet citrinū in medio et albū in extremo / et cū cōplebitur eribit et tunc mutatur a mollitie in duriciē / q̄ in exitu coagulaf et perfectissime induraf. vnde oua q̄diu sunt in ventre sunt citrina quadā pellicula albida inuoluta. sed quādo sunt formata et completa indurātur. et illa duriciēs testa nuncupatur et est idē testa in coaguli oui quod ē embro vel folliculus in corpe pneri iā cōcepti. sed ppter fortitudinē vel intensiōē caloris in corpore auts dominātiōis plus iduratur. et hoc fuit necesse ppter interioris liquiditatis pseruatōez. Quant aut multe aues oua venti sicut faciūt galline et anseres. vt dicit aristo. ibidem li. ij. et hoc accidit ex superfluitate humoris semialis in corpore femine suphabūdantis. et sunt oua veni parua et insipida et humidiora alyis et sine dura testa / et posita sub gallina non alterātur / s; remāet albū albū / et citrinū. citrinū talia oua iueniūtur i gallinis et āsenb? pauōibus et colūbis. formatur pullus i ouo et completur citius in estate q̄ in hyeme. q̄ oua galline fundūtur in xvij. diebus in estate / et hyeme in. xxv. et q̄ tonitrua veniunt in hora cubationis oua corūpūtur. similiter frequēter nuda manu tāgūtur. galline etiāz veteres ouāt in principio veris. et oua galline iuuenis sunt minoris corporis / et vniuersaliter si gallie nō cubauerint super oua sua infirmabūtur et corūpūtur. s. oua / et ouuz galline cōpletur post coitū in xi. die. Et quedā aues in coitu nō seruant serū sed saltat femina sup feminā / et masculus sup marē. vt perdicez et colūbe / et talis coitus facit odorē fetidū et oua nō pullificatiua / sed sunt sterilia quēadmodū oua venti. vt dicit aristo. In ouis aut galline post tres dies cubatiōis apparent signa pulli et tunc ascendit citrinū versus acutū ad illū locū a quo icipit fissura / et apparet quasi gutta sanguinis i albumine oui / et est principiu seu materia ipsi

uis cordis. vt d̄ supra in tractatu de auibus. de generatione pulli quere ibi. Itē oua i quibus sunt duo vitella faciunt gemellos pullos et parua et subtili tela diuiduntur ab invicem. hec vitella vt dicit ibidē aristo. et aues que comedunt carnes non ouant nisi semel in anno pter hyridines que bis ouant. aquila. n. ouac tria oua et eijcit tertiu a nido / et cibatur sup oua xxx. dies. bucusq̄ anif. li. vi. Itē idē li. xvij. auium genera ouāt oua cōpleta dure teste / nisi accidat occasio per infirmitatē. Item aues multe generatiōis faciūt sepe oua venti / q̄d nō ptingit auibus boni volatus neq̄ curuorum vnguū. quoniam aues multorum ouozū sunt multe superfluitatis. Superfluitas autē auium vnicoz vnguū transit in plumas et i vinges et in alas et ideo earum corpus paruum est durum et acutum et macilentum. et propter hoc non sunt tales aues multorum ouoz. neq̄ multi coitus. aues enim corpulente ppter corpulentā et calorem ventris ouant multoties. Similiter aues parui corporis sunt multi coitus et multorum ouoz. sicut patet in quibusdam gallinis que quanto sunt magis parue / tanto erunt plurium ouoz. quia cibus taliū transit in creationem ouoz. Item oua venti non erūt in auibus boni volatus / quia superfluitas earuz est pauca et ideo ouāt pauca. oua venti sunt plura auts conuenientibus generationi pullorum et sunt minoris quantitatis / quoniam nō sunt completa propter multitudinem suam. et sunt minoris delectatiōis quando comeduntur / quoniam in omni re delectabilius ē quod est digestū et dulcius q̄ indigestū et quedā aues quando olfaciunt mares et audiunt voces suas implētur ouis quia sunt multi cibi et multe superfluitatis et caloris et ideo non sunt fortiores appetitus et cito spermatizant et ouant cito quia superfluitas illa transit in ouoz naturaz vi caloris. Itē generatio auium ex ouis erit quando femina sederit super oua et calefecerit ea. et quia pullus in ouo non potest completi sine nutrimento. ideo natura posuit album suuz interioris i ouo et indigent oua ppter debilitatem suam calefactione. et ideo oua cito complentur in diebus calidis / quoniam tempus calidum iuuat digestionem creationis. Est autē albumen materia et sustentatio pulli. vitelluz autem cibus pulli et nutrimentuz eius / et propter hoc albū et citrinū distincta sūt quadā tela pp nature diuersitatē. et natura albumis ē q̄i cōtraria nature vitelli vel citrini / et pp h̄ gelaf citrinū tpe frigoris / et postq̄ fuerit calefactū fit humidū.

album aut ino cōgelatur ex frigore/ sed fit ma-
gis hūidū/ 7 qñ assatū fuerit erit durū. 7 apd
generationē pulli inspissat/ qm̄ sustētatio pul-
li ē ex eo q̄ p vmbicū accipit pullus cibū ex
citrino 7 citrinū in tpe illo est multum/ qm̄ erit
humidū ppter calozē. 7 qz cibus dz eē hūidus
7 de facili cōuertibilis in abarū (bucisq̄ ari-
sto. li. vi.) De ouis aut dicit ysa. in dicta. oua
aut iquit que generantur ex aialibus sanis 7 tē-
peratis sunt nutrimenti laudabilioris. que ve-
ro et crassis sunt maioris nutrimenti 7 sapidi-
oris. Similiter de cocūtibz cū masculis/ cū
calozē maiorē habent coeūtia q̄ non coeūtia.
similiter generata de iunioribz/ qz i eis habet
plus calozis. Nature aut onoz generaliter sūt
tēperate 7 mediocres 7 būane cōplexioni plu-
rimū vicinātes/ albumines tñ sūt frigidiores
ad vitelloz cōpationē qd̄ testatur eaz aquea
saporositas. 7 iō in odore sunt vitellis graui-
ores 7 ea sūt indigestibiliores/ maxie deve-
teribus volatilibz aut de masculis nō coeū-
tibus vitella sunt tēpara calozī vicinā/ 7 iō ad
digerendū sunt meliora 7 facilia confortan-
tia mēbra/ 7 ab eis tardius dissolūda. Clari-
atur aut ouoz nutrimentū secūdū diuersitatez
aialū ex quibz generantur/ qz generata de sub-
tili aiali 7 tēperato/ vt ex pdice vel gallina ad
nutriēdū sunt laudabilia/ 7 sūt facile digesti-
bilia 7 a mēbris facilius dissolūnt. vnde ad
regimē sanitatis meliora sunt q̄ ad mēbra cō-
fortanda. Que aut generantur de grossis aia-
libz ad digerendū dura sunt 7 nutrimenti il-
laudabilis/ sicut oua strutiōis/ anseris/ 7 pa-
uonis/ que sunt mali nutrimenti 7 dura ad di-
gerendū 7 grauis odoris/ maxie de veteribus
vel de carētibz masculis. 7 quādo digerunt
a mēbris tardius dissolūntur. 7 iō plus valēt
ad mēbra cōfortāda q̄ ad regimē sanitatis.
Generata aut de auibz iunioribus sūt leuio-
ra/ de veteribus grauiora/ de mediocribz tē-
peratiora/ qz calozis sūt pfectioris 7 minoris
hūiditatis. 7 iō valēt ad regēdā sanitatē 7 ad
mēbra cōfortāda. Qua aut quāto sūt retēno-
ra/ tāto sūt meliora. 7 quāto magis vetera tā-
to sunt minus bona. Variantur et p artificium
q̄ dupliciter. aut. n. sunt assata aut elixa i cine-
re cocta aut frixa. Assata sunt elixis grossiora/
7 ad digerēdū duriora. qz focus eoz hūiditas
tē subtile cōsumit 7 deficiat. assata sub cineri-
bus calidis peiores sunt q̄ que sup carbōes
sunt discoopra/ qz cū calor ignis in cineribus
ea circūtegar/ fumositatē eoz supflūā enapo-
rare nō pmitit. sup carbonēs vero posita/ fu-
mositatē resūdādo emittit 7 mūda sūt. Elixa

aut i aqua meliora sūt q̄ assata que aque hū-
miditas calozī ignis in deficcāda sua humidī-
tate substantiali repugnat. 7 ideo minus hūit
deficcātina/ 7 calozis naturalis refrigeratiua.
Elixata aut cū corticebus sūt peiora qz gros-
sifici 7 fumositati repugnant cortices exterius
7 non permittūt supflua exalare. 7 iō generāt
ventositatē inflatiuā 7 grauitatez stomachi 7
totius vētris. In aqua vero fracta calor aque
tēperate penetrat 7 grossicē suā subtiliat 7 au-
fert eis grauitatē odoris. vnde ceteris sūt lau-
dabiliora/ sed tamē sola vitella/ plus sunt ide-
ficātina 7 minus solidatiua. idurata vero de-
ficātina sunt 7 stomacho dure exēctia/ venas
qz tarde penetratiua. ipsa tñ digesta multū cō-
fortant. sed si remaneāt indigesta stomachuz
grauāt/ 7 intestina. mollia tamē 7 paz coagu-
lata/ minus sūt deficcātina/ 7 magis digesti-
ua. cito venas penetrātia pectus humectātia
paz tamē sunt mēbra cōfortatiua. inter dura
aut 7 mollia in suis actiōibz 7 passionibz sūt
mediocria. Frixā aut oua ceteris sunt peiora
qz in stomacho morātia in fumositatē 7 corru-
ptionē sunt magis mutabilia. quicquid ibi a-
boz inuenerint corrupētia/ grauitatē in sto-
macho generantia. fastidia peiora faciētia q̄
alia oua/ maxie si sunt frixa in vitellis. Cocta i
aqua cū testa interassata 7 in aqua fracta sunt
mediocria (bucisq̄ ysa.) Qua etiā non solū
sunt vitilia ad cibū imo sunt necessaria i multi-
plicia medicina. Sunt enī humectatiua. pecto-
ris 7 gutturis lenitiua. mēbroz cōfortatiua
resūptiua atqz etiā perditoz restauratiua. vir-
tutis generatiue iuatiua. cōbustionis 7 arsu-
re sanatiua. nā ex vitellis ouoz assans fit ole-
um opimū combusturis. Sunt onoz vitella
antracis 7 venenosis apostematis curatiua. nā
vitellū crudū oui cum sale mixtū sanat antra-
cem vt dicit constā. Quoz autem albuminia
sunt calozis mitigatiua. tumoris repressiua/
fluide humiditatis restrictiua. calide arterice 7
podegre iuatiua. quando autem sunt putri-
da 7 corrupta sunt maxime nociua/ humorū
corruptiua 7 suo fetore nausee 7 vomitus pro-
uocatiua/ 7 de facili sunt mortis illatiua.

Ua aspidum sunt parua/ rotūda
luida/ vel crocea/ limosa/ visco-
sa/ interius fetida/ ac summe vene-
nosa/ quibusdam neruulis pariter cōgloba-
ta/ quorum venenum summe est mortiferum/
contra quod remedium non inuenitur (vt di-
cit pli.) contingit autem vt idem dicit. ouum
aspidis aliqñ ab alio venenoso vt a rubeta

De ouis

inueniri / 7 ab eo foueri 7 ex tali fomento ver /
mem procreari. qui visu 7 flatu perimit more
basilia siue reguli omne viuū / maliciā vernis
taliter pcreati. primo sentit vermīs qui eū fo /
uit. nā in primo eius ortu quando se fouentē
aspiciat patre se generatē interemit 7 occidit vt
dicit idē. 7 hanc pprietatē videtur tāgere ysa.
li. c. vbi dicit q̄ qui comederit oua aspidum
moriatur / 7 quod confectū est ex ouis 7 nutri /
tū erūpit in regulū. vt. d. glo. ex ouis aspidis
generatur regulus / 7 ex indeis venenosis na /
scetur antichristus.

Ua aranee sūt multa 7 modica li /
uida paruis maculis aspersa 7 di /
uisa 7 ab inuicē separata veneno /
sa mollia 7 viscosa / que si casu aliquo fuerint
perdita aranea p̄tinus querit ea / 7 suis addi /
tamentis interioribus 7 rostro repositat ipsa.
ex vnico aut ouo multe 7 innumerabiles ara /
nee generantur ita paruule q̄ vix videntur . 7
tamē statim q̄ ouū exerunt tales terere incipi /
unt ita subtiliter q̄ nature ingeniositas pari /
ter 7 virtus possint merito i tā puo opusculo
admirari. **Quere supra de aranea. li. xvij.**

Ua aquile sicut 7 accipitris sunt
pauca / quia nisi raro ternariū nu /
merum non excedunt 7 sepe aquī
la eijs tertium de nido. quia difficiliter cubat
super oua. vt dicit aristo. li. xv. In nido autē
suo collo cat quādam gemmas cum ouis suis
quam putant magis valere contra tonitruum
7 ideo dicunt aquilam ponere lapidem cum
ouis ne a tonitruo corumpantur vt dicit pli.

Ua serina oua magna sunt 7 dura
ad digerendum 7 difficiliter cubā
tur 7 tardius p̄plentur q̄ oua gal

linarum.

Ua nina oua ouis gallinacis sunt
maiora sed nō sunt ita sapida nec
ita bene nutritibilia sicut oua galli

narum.

Ua autē alaude sunt modica co /
lore varia cubātur sub gleba 7 ibi
deuorantur sepius a reptilibus 7

mustelis.

Ua bubonis sunt parua 7 macu /
losa fragilis teste insipida / multū
habentia de albumine 7 min⁹ de
vitello. veniunt autē de die monedule 7 co /
medunt ipsa 7 de nocte comedit oua monedu /
le. 7 ideo continue pugnant inuicē p̄ ouis su /
is. vt dicit aristo. li. vij.

Ua corut vt dicit aristo. li. vi. sūt
multa 7 cubantur solum a femina

7 masculus interi⁹ defert ei quibus 7 eijs aliqua
pp̄ter multitudinē. ouat autē coruus 7 pullifi /
cat in medijs estus feruoribus cōtra naturam
aliarū auū. Unde petronius **Coruus matu /
ris frugibus oua defert 7c.**

Ua cigni sunt multa 7 magna ob
longa dore teste non multū grati
saporis 7 grauis odoris. sūt 7 du
re digestionis magis q̄ oua anseris.

Ua cocodrilli sūt maiora ouis an /
seris 7 fouentur in terra vicissim /
nunc a masculo nunc a femina vt
dicit pli. li. vij. Sunt autē oua illa venenosa
7 iterius quasi saniosa / olfactui 7 gustui hoz
nbilia 7 ad comedendū mortifera .

Ua columbe sunt minora q̄ gal /
line alba rotunda aliquantulum
oblonga / sapida / calida / 7 bene
nutribilia . Sunt autē oua columbe duo 7 ex
vno generatur masculus / 7 ex alio femina / 7
masculus cubat super ea de nocte 7 femina de
die (vt dicit aristo. li. vi.) multotiens ouant in
anno quia decies 7 maxime in calidis regiōi
bus. vt in egypto. quere supra li. xij.

Ua colubū sunt multa sicut 7 ali
orū serpentū valde rotunda subal
bida vel humida mollia saniosa
coniuncta 7 mortifera 7 venenosa.

Ua draconis sunt maxima maio
ra lōgitudine q̄ cocodrilli vel stru
tionis. vt dicit pli. Est autē animal
ouās interi⁹ sed nō exteri⁹ sed intus cōplē
tur 7 formant fer⁹ vñ draconū oua sūt paucō
ra q̄ aliorū reptiliū. s̄ sūt maiora sāguinolēta
7 saniosa / virulēta / mortifera 7 venenosa.

Ua herodij sūt puua varia oblonga
sicut oua accipitris siue nisi 7 sunt
pauca . q̄ ois auis curui vnguis
est fortis volatus 7 pauce humiditatis 7 sup
fluitat. 7 iō paucorū ouorū. vt. d. aristo. li. xvij.

Ua formicarū sunt valde puula al
bida 7 rotūda / que eē corp⁹ paula
tim recipiūt in locis calidis musci
dis incremēta quousq̄ plenarie cōpleant. q̄ si
aliquo casu mora fuerit de suo nido vel disp /
sa a formicis recolligunt 7 ad suos nidos re /
ferunt. odorifera sūt 7 medicinalia. vt. d. pli .
vnde 7 nisi sibi medent̄ comestis ouis formi /
carum vt dicit pli.

Ua grauis mediociter sūt magna
pallida dura 7 isipida grauis odo
ris 7 igrati saporū dure digestionis

Ua griffis ouis aq̄le sunt maiora
duri⁹ sapore 7 odore grauiora

qualitate sūt calidiora 7 sicciora 7 etiā numero pauciora qz vltra duo nūq̄ parit qz valde est difficilior cubationis vt dicit aristo.

Oua gallinarū sunt ceteris tēperatiōra nutrimento hominis cōueniētiōra vt supra dictū ē. oua tñ vcti sunt insipida 7 illaudabilia nutrimento. de B quere supra eo. li. xij.

Oua byrūdīnū sunt plura. nā vt dicit aristo. aues aut̄ parui corporis multe sunt ouanoni vt. d. aristo. nulla aut̄ auis carnē comedēs ouat bis i āno p̄ter byrūdīnē que ouat bis 7 aliqñ bis pulli ficat. oua aut̄ prima aliquādo corūpūnt propter hyemē. posteriora vero cōplētur. vt dicit aristo. li. vi.

Oua cancroz primo generantur inter corticē 7 ventrē. inter caudaz 7 dorsū intrinsecus deinde emittuntur exterius 7 sub cauda recōliguntur 7 ibi turgescunt 7 rotundantur 7 crescūt donec cōplēantur. pereunt aut̄ quādo semine masculi nō perfunduntur vt dicit aristo.

Oua locustaz inuis generantur 7 sunt plura 7 minutissima que effusa super frondes 7 gramina in aere corrupto calido 7 humido in infinitum aliquando multiplicantur.

Oua lacertarum sunt similia ouis serpentum sed sunt minora viscosiora 7 sunt venenosa. s̄ minus q̄ serpentum vt dicit pli.

Oua milui sunt pauca parua crocea 7 maculis respersa / ouis ceteris auium siluestrium magis terrestris atq̄ sicca sapore insipidissima i odore grauiora.

Oua merguli sunt parua multū calida / varia tamen 7 alba paz̄ differentia ab ouis anatū stagnoz 7 flumiozum.

Oua nisi sint puula varia calida 7 sicca / 7 quādoq̄ parit n̄sus oua vcti quando nimis impinguntur

Oua coturnicis sunt similia ouis corui 7 dī q̄ valent epilepticis 7 caducis. vt dicit pli.

Oua onacocali sūt sicciora ouis anseris sed minora sunt 7 insipidiora 7 in odore grauiora 7 i colore minus alba 7 ad digerēdū duriora.

Oua pauonis sūt grossa 7 dure teste 7. xij. diebus cubat super oua sua 7 tūc scidūt 7 ponit. xij. oua

vel parum minus 7 abscondit oua sua femina p̄pter masculum qui si inuenient ea frangit vt dicit aristo.

Oua perdiciis sunt similia ouis columbe in tēperamento 7 in cōplexiōne 7 in magnitudine 7 furatur altera alteri oua sua. sed hec fraus fructum nō habet / quia cum vocem pulli audierint p̄prie genitris / matrem que eos fouerat derelinquūt 7 ad eā q̄ eos genuit reuertitur. vt. d. fido.

Oua passeris sūt valde parua 7 minuta 7 bis i āno ouat 7 pullificat p̄cipue quādo p̄ia oua corūpūnt vel casu aliquo amittuntur. Sūt aut̄ calidissima ma renū inflatiua 7 libidinis exātatiua. sicut 7 eoz cerebella. vt dicit constan.

Oua quiscale sunt parua 7 rotunda 7 minora q̄ perdiciis 7 maiora q̄ alaudē. 7 ē quiscula auis modica a sono vocis sic dicta carnosā pennosa minor volatus q̄ alauda 7 nidificat sub gleba sicut alauda. 7 eius ouis insidiatur mustela. 7 ideo ponit oua in diuersis locis 7 super quāda cubat masculus 7 sup̄ quedā femina. sed post educationem pullozum de eis parum sollicitatur parentes eozum.

Oua riuatix idest cuiusdam serpētis venenosi aquas insidicētis sūt sicut oua colubā sed minora 7 in maculis respersiora / 7 sunt oua virulentiora 7 pernicioza. riuatix autem fouens oua in traquam vel fontes veneno eas insiat 7 corūpit. De quo lucanus. Riuatix violator aque 7c. quere. xij. li. fido.

Oua strutionis sunt maxima rotunda valde alba dure teste insipidi saporis 7 grauis odoris. quādo autē venit hora vt oua pariat ad stellas plades oculos leuat. nō. n. oua ponit nisi in oua illius cōstellatiōis. vnde visa stella circa mēse iulij arenā fodit vbi ponit oua sua sabulo tegēs ea. 7 cū ea reliquerit stari obliuiscatur vbi ea posuit nec ad ea redit vltra. sed calor solis in arena illa excoquit 7 ex eis pulliculos procreat 7 p̄ducit. Si tñ fracta testa pullus eductus fuerit n̄ ipm̄ recognoscat / 7 quē i ouo cōtēpserat egressū recolligit atq̄ nutrit. Oua autē strutionis in ecclēsijs suspēdūt ad ornatuz propter eozum magnitudinem 7 raritatem.

